ŢA
ŢATI.
VI

II

Archivio Storico Comunale
di Trevi

Statuti

reg. 2

Lib. 1° – p. 1 – De regimine
" 2° – " 122 – Causarum civilium
" 3° – " 162 – De maleficiis
" 4° – " 277 – De extraordinariis
" 5° – " 369 – De damnis datis

ARCHIVIO STORICO COMUNALE
DI TRENTO

STATUTA

RECENTIORA

INCLYTAE CIVITATIS

TREVII

STATUTA

RECENTIORA

INCLIJTÆ CIVITATIS

TREVII

II

IV

VI

Liber primus de Regimine

In Nomine Domini amen. In principio creavit Deus hominem in eum spirans spiraculum vite, hec est rationalem animam ut recte saperet, et Creatori suo in omnibus obediret. Sed homo Dei preceptum transgrediens et sicut in sobole ita in peccatis multiplicans causam dedit legi in morte. Sinay dominus dans et legem sanctam constituit in decem preceptis illam per manum Moysi servi sui populo suo tradens ut sciret que permissa forent et que penitus respuenda, sed crescentibus gentibus et multis se questionibus implicantibus necesse fuit civilia jura constitui, et subsequenter canonica in quibus quantum possibile fuit omnia dubia liquidarentur. Verum cum plura sint negotia que vocabula ac etiam locorum et temporum diversitates insurgant sepe diversitas rationis necesse est aliquando ad statuta et constitutiones descendere ut secundum locorum et temporum diversitatem constitutiones in consonantiam rationis quapropter cum nulla civitas absque legibus diu perstare possit et frustra fiant edificia nisi et cives unanimes et equo jure versentur. hac re majores nostri prudentissimi instituta fixere ut his integris et incorruptis non solum ab externa sed a domestica interruptione inlesi conservarentur Nam sicut a Romanis historicis scriptum est nulla majori causa partum et dilatatum imperium est, quam legum continua observantia et sic contra diminutum his subversis cunctis ad paucorum fuerit redacta dominium. Quare non immerito earum latores sapientissimi et sanctissimi

habebantur unus Cicero hec omnibus qui patriam conservaverint adjuverint auxerint certum esse in Celo diffinitum locum ubi beati sempiterno evo fruantur. Nihil est ergo illi Principi Deo qui omnem mundum Regum quod quidem interris fiat acceptius que concilia cetusque hominum jure sociati que civitates appellantur harum Rectores et Conservatores hinc profecti huc revertuntur. Sed quia ut supra interdum mutantur tempora et res in pejus procedere videtur, teste Horatio. Damnosa quid non imminuta dies etas Parentum ~~tam~~ pejor avis tulit nos nequiores mox daturos progeniem vitiosiorem. Ob hoc Spectabiles viri videlicet egregius jurisperitus vir dominus Joannes Baptista domini Gregorii de Petronibus terzerii Castelli balie Sancti Miliani: Thomas Colangeli terzerii Matidie et balie Sancti Martini Dalmatius Marci terzerii plani balie Sancti Angeli Magnifici domini Priores antepositi terre Trevii, nec non magnificus et generosus vir Eques Comes et legum doctor dominus Nicolaus Lelius ~~Verus~~. Egregius legum doctor dominus Franciscus placentis: Ser Franciscus Bartolomei et Benedictus domini Gregorii terzerii Castelli; et Egregius legum doctor dominus ~~Ser~~ Lactantius ~~Ser~~ Galeassi: Ser Franciscus Parangeli: de Mugnonibus Ser Franciscus domini Francischini de Lucarinis terzerii Matidie et Ser Guidantonius Ser Antonii Joannes Thomas Bartholomei: Bartholomeus Philippi, et Joannes Thome Castiani terzerii plani constituti ordinati et deputati ut leges municipales hujus Reipublice Trebane vetustate abolite renascantur, et nova constituta ad integra duo volumina reducantur ex auctoritate eis attributa a Consilio generali dicte terre Trevii, ut manu spectabilis viri Ser Luce angeli Bartholomei de Rocha Contrata Cancellarii Communis Trevii Notarii publici in libro reformationum dicte terre

C

latius constat infrascripta Statuta et ordinamenta facimus constituimus et ordinamus ad honorem gloriamque Omnipotentis Dei et sue pie Matris Virginis Marie et beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Gloriosissimi Martyris Sancti Miliani Protectoris hujus populi Trebani, nec non ad statum Sancte Romane Ecclesie, et Sanctissimi in Christo Patris et domini, domini Alexandri divina providentia Pape sexti, nec non ad honorem et exaltationem Reverendissimi domini domini Ioannis Borgie Diaconi Cardinalis Sancte Marie in via lata et totius vallis ~~Umb~~ Umbrie legati, et Reverendi domini Ioannis Olivieri Protonotarii Apostolici ejus vice legati, et pro bono regimine et comodo pace quiete, et tranquillitate hujus populi Trebani Amen.

Et quoniam universa ex divino motu reguntur, et gubernantur, et omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, et omnes gratie generate et generande a summo Creatore capiunt exordium et principium; ideo ab ipsa divinitate faciendum et principium et origo et in nomine domini nostri Jesu Christi ad singulos actus nostros progrediamur ad hoc ut ipsa divinitas in singulis peragendis sit principium medium et finis et hanc Communitatem Trevii et popularem statum ipsius terre perpetuo in bonum dirigat et conservet.

Idcirco ab ipsa divinitate et sanctis ipsius principium capiamus sub annis domini indictione pontificatum mensis et diebus prout in dicto libro reformationum et in fine presentium Statutorum manu dicti Ser Lucangeli Cancellarii prefati et manu Ser Francisci Ser Nicolai Notarii Cancellarii una cum dicto Ser Lucangelo in solidum rogati latius patet.

De Festivitatibus Celebrandis R.º 1.º

In primis quidem statuimus et ordinamus quod Potestas et domini Priores qui pro tempore fuerint teneantur ad poenam viginti quinque librarum denariorum pro quolibet ipsorum et qualibet vice facere solemniter celebrare in platea Communis in capella et altare ipsius Communis divina officia cum Clericis et fratribus omnibus ipsius terrae cum solemni missa predicationibus et fraternitatibus quibuscumque in festivitatibus Kalendis Maii, videlicet Sanctorum Jacobi et Philippi, Ascensionis, et festi Corporis Christi et festi Sancti Bartholomei Apostoli de mense Augusti, et quod Camerarius dicti Communis teneatur solvere de pecunia dicti Communis pro quolibet festo pro cera et aliis expensis triginta solidos denarios, adiicientes quod in vigilia beati Emiliani, Sancti Bartholomei Apostoli et Sanctae Reparatae vadant alluminaria ut fuit hactenus consuetum.

De Elemosiniis faciendis per Commune Brevii. R.º 2.º

Item statuimus et ordinamus quod prefati domini Potestas atque Priores antepositi sub poena predicta teneantur et debeant de pecunia dicti Communis dare ac offerre in festo beati Miliani infra missarum solemnia duos duplerios ponderis sex librarum cere: Sancti Bartholomei: quatuor libras cere: Sanctae Reparatae: quatuor libras Sanctae Venturae: quatuor libras cere: Sanctarum Mariae Magdalenae, et Luciae et Clarae: trium librarum Cerae pro quolibet cum armis pictis dicti Communis et Ecclesiae: ac in festo beati Martini solidos viginti denarios.

Insuper declaramus ac etiam ordinamus quod Fratres Sancti Francisci de Brevio habeant in festo Sanctae Mariae de augusto a Camerario dicti Communis pro tunicis ipsorum fratrum

libras XX denarios anno quolibet et pro carnibus et elemosi-
nis habeant in festo Pascatis et Nativitatis domini XL so-
lidos denarios pro quolibet festo anno quolibet. Adicientes
quod letamen palatii Potestatis sit dictorum fratrum
Sancti Francisci sine aliqua exceptione.

De Sanctuariis eligendis per Comune Trevii pro conser-
vatione Ecclesiarum R.a 3.a

Item Statuimus et ordinamus ad hoc ut negotia Ecclesiarum
bene tractentur et disponantur, et ne dissipentur per aliquos ut
semper huic Comunitati ipsae Ecclesiae, et Sancti earumdem
continue faveant, quod anno quolibet in Kalendis Januarii
fiant per ipsum Comune, videlicet per Magnificos dominos
XVIII in dicto Consilio tres Sanctuarii bonae conditionis vitae
et famae; unus videlicet pro quolibet terserio qui habeant
administrare et revidere facta et negotia Ecclesiarum Sancti
Miliani, Sancti Francisci, Sancti Joannis de Platea Comunis
Trevii et Sancti Thomae ac hospitalis leprosorum de Pede
Trevii et fraternitatum omnium dictae terrae Trevii sub poe-
na XXV librarum denariorum pro quolibet dictorum domino-
rum Priorum ante positorum qui pro tempore fuerint. Qui
Sanctuarii teneantur facere inventaria et librum introi-
tus et exitus, ita quod nulla possit esse fraus in dictis Ecclesiis poe-
na ipsorum Sanctentium negligentium infamiae et C. librarum
denariorum pro qualibet: qui super his Ecclesiis habeant plena-
riam auctoritatem videndi et disponendi pro ipsorum libito
voluntatis, et quod Potestas qui pro tempore fuerit teneatur
et debeat ipsis Sanctuariis, visa veritate facti sine strepi-
tu et figura judicii et de facto justitiam ministrare et
realiter et personaliter cogere debitores ipsarum Ecclesiarum
sub poena perjurii et XXV librarum denariorum pro qualibet
vice, et quod dicti Sanctuarii faciant manutenere et conservare

de Trevio et dicti Comunis Trevii: et prefati
Hospitale Sancti Joannis ~~novi~~ celebrari missam in die Jovis et
Sanctuarii faciant in Ecclesia S. Johannis novi
Dominico poena C solidorum denariorum pro qualibet vice, et
quod dicti Sanctuarii habebant pro eorum salario solidos quadra-
ginta anno quolibet pro quolibet eorum: et finito eorum officio
sindicentur, et sindicari debeant per Potestatem sive per
Judicem terrae Trevii. Qui Potestas sive Judex faciat coram se
portare eorum libros introitus et exitus dictarum Ecclesiarum
et si reperiuntur commisisse aliquam fraudem vel negligen-
tiam incidant in poenam librarum decem denariorum
pro qualibet vice, et quolibet eorum, et fraudem restituant:
de negligentia vero in solidis quadraginta pro quolibet eorum
pro poena incurrant, de quibus tertia pars sit Potesta-
tis, alia Comunis si devenire fecerit in Comuni cum effe-
ctu, et aliter non: et quod nullus qui ad dictum Officium
electus fuerit valeat renuntiare aliquo modo sub poena
et ad poenam decem librarum denariorum pro qualibet re-
nuntiante sibi auferenda per dictum Potestatem de facto,
de qua poena Potestas habeat quartam partem.

De paramentis non accipiendis neque prestandis Fraternitatibus. R.º 4.º

Cum multa, et quamplura ~~bus~~ bona fuerint et sint relicta Fra-
ternitatibus terrae Trevii ad salutem animarum quae per non
nullos de ~~pre~~dictis societatibus indebite detinentur, et in eorum
negotiis dispenduntur et negotiantur, et loca eorum careant
paramentis calicis et librorum, et in celebratione divinorum
Officiorum, sibi paramenta predicta faciant comprestari.
nolentes dicta bona dictis Fraternitatibus sic relicta in hono-
rem omnipotentis Dei, dictorumque locorum, et salutem
animarum minime dispensari: idcirco hac lege et Statu-
to sancimus, statuimus et ordinamus quod nulla Persona

cujuscumque Status et conditionis existat, tam terrigena quam forensis audeat vel presumat aliquo modo vel quesito colore sibi comprestari facere aliquod de paramentis dictis ab aliqua persona Ecclesiastica vel Seculari, vel loco religioso pro divinis celebrandis indictis locis sive Fraternitatibus ad poenam et sub poena XX librarum denariorum pro qualibet vice et quolibet contrafaciente, et quilibet possit accusare et credatur ei cum uno teste fidedigno, et nomen ejus teneatur secretum, et habeat quartam partem dicte poene, et alia quarta sit domini Potestatis, qui predicta devenire fecerit in Communi; residuum vero sit Communis Trevii, ac etiam quod nullus Sanctuarius sive alia persona audeat vel presumat aliquo quesito colore, predictis Fraternitatibus sive hominibus et personis earumdem aliquod de dictis paramentis comprestare vel comprestari facere sub dicta poena, et Potestas et Judex qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant diligenter perquirere et repertos culpabiles punire et condemnare secundum formam Statuti, quod si non fecerit incidat in poenam librarum XX denariorum, quam poenam Cancerarius Communis Trevii et Sindicus auferant de facto eidem tempore Sindicatus si negligens fuerit.

De modo et ordine reformandi renovandi eligendi imbussulandi et extrahendi officium Magnificorum Priorum et XVIII et de eorum arbitrio Rª 5ª

Cum enim circa centesimum septuagesimum annum ad salutem Reipublice popularis status terre Trevii officium Magnificorum Virorum XVIII solemniter extiterit ordinatum arbitrium quod immense potentie eisdem concessum et attributum merito probis atque fidelibus tantum ut periret malitia, floreret innocentia, vigeret justitia, scelera

destruerentur, timerent pessimi, et boni sub placita tranquillitate requiescerent, et subsequenter perpetue obtentum affirmatum et consequtum. Nos itaque volentes eorum saluberrima vestigia prosequi discernentes quod ad infirmorum auxilium et potentium frena jura publica et municipalia sunt amanda que certissime sunt humane vite solatia. Ideo ut regimen prefate Reipublice terre Brevii et popularis status sub bono pacifico, et tranquillo statu pacis et unionis ejusdem perpetuo valeant gubernari. Statuimus et ordinamus: quod in electione reformatione, et renovatione Magnificorum virorum popularium XVIII terre Brevii, talis ordo servetur: videlicet quod magnifici domini Priores antepositi terre Brevii ultimi qui in fine bussuli in officio prioratus tunc permanebunt ante exitus eorum officii per unum mensem faciant eorum concilium Magnificorum XVIII, qui pro tempore erunt solenniter congregari, in quo preponatur ex eorum parte per eorum Cancellarium de renovatione, electione, et reformatione Magnificorum virorum XVIII pro tempore venturo, facienda et reformanda. Qui Magnifici XVIII sic coadunati et convocati habeant plenum arbitrium Potestatem et baliam eligendi renovandi ac reformandi et imbussolandi officium magnificorum virorum XVIII terre Brevii pro illis temporibus quibus eis videbitur et placebit saltem ad minus per tempus trium annorum, et ultra, pro ut videbitur eis fore conveniens necessarium et opportunum eligendo et nominando de quolibet terzerio et balia eorum nomina illorum bonorum virorum, quos ad dictum Officium Magnificorum XVIII discernerint eligendos et presidignos aetatis ad minus XXV annorum et allibratos ad minus in catasto communis libras CC: scilicet in terzerio Castri de populo Sancti Mi-

liani de balia pladie, de balia Bovarie, et de balia lapide inter-
zerio matidie de Balia Sancti Martini de balia Sancte Marie
ad vallem de balia matidie, de balia manciani, et de balia
cottarum, in terzerio plani de populo Sancti Angeli de fabri,
de populo Sancti Angeli de Persicialibus, de balia Sancti Luce
de fracta Mercatello, et ~~piccoli~~ Piccichis, et de Sancto Ioanne, et de
Sancto Laurentio, modo et ordine actenus consueto tot nomina
quot sufficiant ad regimen terre Trevii pro illis annis et tempo-
ribus ut ipsis videbitur, et inter ipsos solemniter extiterit re-
formatum: que nomina XVIII unusquisque pro terserio et ba-
lia in dicto eorum concilio sic solemniter convocato et coa-
dunato eligant avocent et preponant, et sic electis prepo-
sitis et nominatis scrutinentur inter ipsos magnificos XVIII
ad palluctas et pissides, et obtinenti sive obtinentibus per
duas partes dictorum Magnificorum XVIII valeant et de-
beant scribi et imbussulari de numero magnificorum XVIII
pro tempore futuro et si contigerit aliquem vel aliquos de
scrutinatis non obtinere quod illis qui nominaverant et eli-
gerant licitum sit alios noviter eligere et nominare de
eorum terzeriis et balia prout et sicut de eorum proces-
serit voluntate totiens quotiens prefate scrutinate per duas
partes ipsorum Magnificorum XVIII ad minus obtinebitur
inter eos et de scrutinatis inter eos nominatis et non obten-
tis vinculo iuramenti et poena librarum centum dena-
riorum Comuni Trevii applicanda, aliquo modo allo tem-
pore non debeant nec valeant alicui persone per aliquos
de dictis dominis Prioribus et XVIII rivelare et ipsis do-
minis Prioribus et XVIII prius per cancellarium Comunis
Trevii et cuilibet ipsorum de predictis secretis tenendis perpe-
tuo et de aliis corporale iuramentum deferatur solemniter

et nullus valeat neque possit eligere aliquem de domo et Fa-
milia sua insimul existente, et de una et eadem domo et
Familia morante insimul de numero magnificorum XVIII
nisi unus termino esse valeat anno illo, et quod duo fratres si-
mul in eodem officio eodem tempore esse non valeant ne-
que eligi, et si fieret electio non valeat neque teneat ipso jure
Qui sic electi scrutinati et obtenti in dicto eorum concilio Ma-
gnificorum XVIII describantur et accoplentur nomina eo-
rum sic obtinentium in charta membranea, et fiant
brevia per prefatos Magnificos XVIII vel saltim per domi
nos Priores tunc in offitio residentes si eis erit permissum
et concessum videlicet sex pro quolibet terserio et XVIII
pro quolibet brevi qui omnes esse debeant populares, et in
quolibet brevi magno ponantur sex brevicelli parvi in qui-
bus brevicellis omnia nomina dictorum Magnificorum
XVIII existentia et permanentia in dicto brevi magno
descripta scilicet tria nomina dictorum Magnificorum
XVIII pro quolibet brevicello de quolibet terserio unus,
et si contigerit quod ex carentia hominum vel ex morte vel ex
alia causa superveniente in aliqua tersaria sive balia ali-
qui deficerent vel postmodum carerent in confectione dicte
bussuli, vel post confectionem ipsius prefati Magnifici XVIII
qui tunc persistebunt valeant alium de dicta domo carente
vel terseriis sive baliis honestiores fidedigniores et meliores
eligere unum vel plures secundum quod necessarium erit
et videbitur convenire. Que nomina de quolibet terzerio et
balia sic in numero sufficiente in dictis brevibus descripta,
accoplata composita et ordinata in bussulentur et reponan-
tur videlicet brevia hominum tersarie meridiei et bre-
via hominum tersarie plani de baliis et villis superius

descripti et nominati in quadam bussula quequidem bussula
sigilletur cum cera sigillo Communis apte et comode postquam
recondatur et recondi debeant in quadam cassecta clausa cum
tribus serraturis et clavibus, de quibus una clavis detineatur
per Magnificos dominos Priores terre Trevii alia per Potesta-
tem, et alia per sacrestanum Sancti Francisci de Trevio.
Que cassecta reponatur in sacrestia Fratrum Sancti
Francisci de Trevio et fratribus dicti loci recommendatur
quod sub bona et fida custodia debeant detinere. Que
bussola aliquo modo vel quesito colore non valeat remo-
veri, nisi de anno in annum; videlicet quindecim dies ad
minus ante exitum offitii dominorum Priorum tunc dicti
anni in offitio residentium, qui in dicto tempore debeant
concilium generale coadunare, et cassectam predictam
in dicto generali Concilio portari facere cum magna et
honorabili comitiva, et in dicto generali Concilio aperia-
tur et modo et ordine hactenus consueto unum breve
in fine dicti anni vel circa de dicta bussula per unum
fratrem minorem extrahatur. In quo quidem brevi descrip-
ta erunt nomina Magnificorum XVIII virorum qui pro
tempore alterius anni venturi in offitio debeant residere
Que nomina per Cancellarium Communis publice et alta voce
in dicto generali Concilio legantur postquam immediate
brevicelli parvi existentes in dicto brevi magno in quibus,
et super quolibet eorum descripta sunt tria nomina pre-
dictorum Magnificorum XVIII sic extractorum misceantur
in simul et casu extrahatur unus de dictis brevicellis per
unum fratrem minorem, et nomina illorum que descripta
erunt in dicto brevicello alta voce legantur in dicto Con-
cilio, et illi qui in dicto brevicello erunt descripti et nomina-
ti

sint et esse debeant Priores et antepositi terre Brevii pro duo-
bus mensibus proxime sequturis, alii vero quinque brevicelli
recondantur in quadam alia bussula sub dicta fida custodia
et in dicta sacristia dictorum fratrum detineantur, et circa
finem duorum mensium prefati Domini Priores antepositi
ti qui pro tempore in offitio prioratus ante exitum eorum
offitii per quindecim dies faciant eorum concilium gene-
rale solemniter coadunari in quo quidem Concilio coram se
portari faciant dictam cassectam cum ~~honore~~ ~~honore~~ hono-
re maximoque aperiatur palam et publice coram dictis
Conciliariis, et de dicta cassecta extrahatur bussula illa in
qua reconditi permaneant dicti brevicelli parvi, et per
unum fratrem minorem extrahatur de dicta bussula unus
brevicellus, et nomina que descripta erunt in dicto brevicello
per Cancellarium Comunis in dicto Concilio legantur, et sint
et esse debeant pro aliis duobus mensibus Priores et Ante
positi terre Brevii et sic de duobus mensibus in duos menses,
et de anno in annum fiat dicta extractio ut supra in Con
cilio usque ad determinatum tempus inbussulationis predicte
et finito dicto tempore in reformatione et renovatione Ma-
gnificorum virorum XVIII pro temporibus venturis modo et
ordine superscripto perpetuo observetur. Qui Magnifici Domini
Priores et antepositi terre Brevii continue die noctuque in pala-
tio eorum solite residentie durante eorum offitio prioratus de-
beant residere sub poena XXV librarum denariorum eis per Can
cellarium vel Camerarium Comunis Brevii de eorum salario au-
ferendorum, quod si non fecerit de suo proprio reficere teneatur
et de predictis precipue sindicatur, et quod Prefati Magni-
fici Priores habeant et habere debeant pro eorum salario
duorum mensium inter ipsos omnes florenos XVIII ad ratio
nem

Bolognimorum, qua triginta pro quolibet floreno eorum sumpti-
bus et expensis, et habeant et habere debeant famulum unum
salariatum a Communi sumptibus tamen ipsorum Magnificorum
Priorum Antepositorum terre Crevii, et valeant prefati Magnifi-
ci Domini Priores antepositi expendere quolibet die pro eo-
denti utilitate Communis si contigerit solidos XL denarios de pe-
cunia Communis, quam pecuniam Camerario Communis cum apodissa
sine aliqua contradictione predictis magnificis Dominis Prioribus
antepositis dare debeat cum effectu, et numerare. Concilia vero
publica specialia et generalia de tempore in tempus prout erit ne-
cessarium et opportunum ad salutem regiminis terre Crevii faciant pro
ut tenentur in forma statutorum et ordine terre predicte so-
lemniter congregare sub poena periurii et librarum decem dena-
riorum pro qualibet vice, quam predictis exequendis fuerint ne-
gligentes precipue et nominatim omni hebdomada in qualibet die
dominica Concilium Magnificorum dominorum XVIII sono campa-
ne voceque preconis ut moris est super negotiis Communis peragen-
dis in eorum Palatio faciant convenire et ante tertias ac etiam
in qualibet die Dominica in principio cujuslibet mensis Concilium
Magnificorum XVIII virorum tunc in offitio existentium et per-
manentium nec non aliorum XVIII qui in offitio predicto anni
proximi preteriti permanserint faciant modo et ordine super-
scripto in eorum palatio coadunari, in quo quidem Concilio fiat
proposita generalis super evidenti utilitate Popularis Status
et Communis Crevii ordinanda et omnia que in dicto Concilio sic con-
gregato fuerint ordinata et reformata per ipsos vel saltim per
duas partes eorum Conciliariorum executioni mandentur et va-
leant et teneant ac si per totum generale Concilium fuisset so-
lemniter constitutum. Qui Magnifici Domini XVIII subito
post pulsationem Campane cuilibet concilio durante eorum offitio

ipso Stanti personaliter in palatio Magnificorum Dominorum Priorum interesse sine aliqua ~~dimunitione~~ contradictione sub pena, et ad poenam solidorum X denariorum si fuerint inobedientes teneantur, quam poenam solvant Magnificis dominis Prioribus tunc in offitio residentibus, et plus usque ad quantitatem solidorum XX expendendorum prout ipsis dominis Prioribus videbitur et placebit reservato tamen quod in malefitiis nullam habeant jurisdiaionem proponendi, consulendi, dicendi vel arrengandi quod alicui condemnato vel condemnando fiat contra liberalis nisi prius solutum fuerit per ipsum vel per ipsos condemnatum vel condemnatos vel condemnandos solidos duos pro qualibet libra poene vel condemnationis eorum Camerario Comunis Trevii pro ipso Comuni recipienti integraliter cum effectu nec quod deveniant dicta proposita nisi solutum fuerit de dictis duobus solidis prout supradeclaratur in aliquo Concilio generali sive majoris extimationis et proponentes et consulentes ac aliter disponentes incidant in poenam librarum XXV denariorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafactum fuerit Comuni Trevii applicandorum, et Potestas sive Judex terrae Trevii nullo modo valeat in aliquo Concilio predicta preponere sub dicta poena, et per prefati Magnifici XVIII qui tunc in offitio permanebunt et qui pro temporibus retroactis in dicto Officio XVIII permanserunt per tempus annorum quatuor valeant die noctuque libere et impune durante dicto tempore per terram Trevii eiusque comitatus fortiam et districtum arma offendibilia et defendibilia prout de ipsorum processerit voluntate palam vel occulte portare modo obstante aliquo statuto, lege, vel reformatione facta vel facienda in contrarium disponente et prohibente arma portare quod in predictis minime intelligatur: et nullus Offitialis terrae Trevii tam Potestas quam alii contra predictos dictis temporibus arma portantes vel aliquem eorum officium aliquod valeant

exercere et magnifici Priores ~~manutenenti~~ et antepositi terre Trevii nec non Magnifici XVIII. in officio permanentes vel aliqua alia persona cujuscumque conditionis existat audeat vel presumat aliquo modo vel quesito colore turbare inquietare aut se in aliquo intromictere de officio ~~contra~~ et officium Potestatis terre Trevii et molestanti, et inquietanti minime consentire sed omni modo vinculo juramenti et poena librarum centum denariorum Comuni Trevii applicandorum teneantur et debeant eidem Potestati et sue curie si fuerit opportunum pro dicto suo officio exequendo esse favorabiles nec non eidem domino Potestati et sue curie prestare auxilium consilium et favorem ad omnem ejus requisitionem contra omnem et quamlibet personam, ut justitia non pereat et ut popularis status terre Trevii augeri valeat et conservari et pro pace et justitia conservanda manutenenda et augenda in dicta terra Trevii prefati Magnifici XVIII et supradicti nominati et descripti in dicto brevi tempore quo in offitio residebunt possint durante eorum officio providere, statuere ordinare stantiare et reformare pro bono et pacifico statu Comunis et populi terre Trevii, omne id et totum quod eis videbitur et placebit, dummodo obtentum fuerit ~~inter~~ inter ipsos ad minus per duas partes ipsorum et non fuerit contra libertatem Ecclesie Romane constitutum, et habeant prefati Magnifici XVIII in predictis et circa predicta plenam et omnimodam Potestatem baliam auctoritatem et jurisdictionem providendi, statuendi, ordinandi, stantiandi, et reformandi ut supra prout et sicut habeat totus Populus Trebanus et provisa statuta, ordinata, stantiata, et reformata per eos vel saltim per duas partes ipsorum firma sint et perpetuo observentur et exequtioni mandentur

sine aliqua contradictione aliquibus statutis legibus reformationi=
bus et ordinamentis non obstantibus in contrarium disponentibus
que quidem leges statuta reformationes et ordinamenta in contra
rium disponentia tam penalia quam non ex nunc sint, et intelli
gantur irrita vana cassa et nullius valoris et momenti roboris
vel virtutis, et quod Potestas Cancellarius et alii Offitiales terre
Trevii illa servare debeant et inviolabiliter teneantur sub poena
perjurii et C librarum denariorum pro quolibet ipsorum non
servantium supradicta, et si contigerit aliquem ex dictis magni-
ficis Prioribus Antepositis terre Trevii mori in officio prioratus
et omnes XVIII tunc in offitio residentes teneatur interesse se-
polture dicti defuncti sub poena XX solidos pro quolibet
eorum, nisi fuerint ex legitima causa impediti ipsi vel aliquis
ipsorum et Priores, qui pro tempore erunt teneantur et de-
beant vinculo juramenti et poena librarum XXV denario-
rum expendere de pecuniis Comunis pro cera et aliis necessariis ad
sepulturam et honorem dicti defuncti librarum ~~X~~ XV denario-
rum: Teneantur namque dicti Magnifici Priores antepositi terre
Trevii et dicti Magnifici XVIII in introitu eorum officii in
manibus Cancellarii dicti Comunis pro ipso Comuni stipolantis et reci-
pientis jurare ad Sancta Dei Evangelia manibus tactis scripturis
esse perpetuo fideles et devotos Ecclesie Romane Sancte, et non
adesse in aliquo Concilio arenga ~~terra~~ cerna vel colloquio ubi tracta-
retur aliquid obnoxium contra statum prefate Romane Ecclesie
et bonum et pacificum statum popularem dicti Comunis Trevii,
et eorum officium prioratus bene fideliter et legaliter exerce-
bunt et vigilanti studio operabuntur et conabuntur proposse
suo quod pacificus et tranquillo status et regimen populare
dicte terre Trevii de bono in meliori augeatur et conservetur
et erunt prompti et solertes quod maleficia que eorum

tempore prioratus evenerint in terra atque Comitatus ter-
re Trevii debite puniantur et omnibus et singulis sine ulla
distinctione equo libramine faciant justitiam ministrare.
omnes namque et singulos introitus et proventus ad dictum Co-
mune Trevii spectantes et pertinentes in ipso Comuni liberali-
ter faciant pervenire pecunias et introitus Comunis dicte ter-
re Trevii non expendent neque permictent expendi inuti-
liter et indebite nisi termino in rebus evidentibus utilibus
et necessariis dicto Comuni Trevii jurisdictiones, jura, immuni-
tates, actiones, gratias, et privilegia dicti Comunis conservabunt
et manutenebunt et faciant ~~et faciant~~ conservari toto posse
viduas, pupillos, orphanos et alias miserabiles personas loca pia,
et eorum jura et bona propitio quodam affectu deportare; de
pecunia Comunis predicti neque alterius singularis persone nil
recipient vel attentabunt nisi id quod eis legitime concessum
erit. Semetipsos nec aliquem ex eis durante eorum offitio bimestri
non eligent ad aliquod offitium dicti Comunis Trevii credentias
que eis imponentur ad tempora et perpetuales in perpetu-
um sub sigillo credentie retinebunt, et generaliter dicere fa-
cere observare omnia et singula que tenentur et debent se-
cundum formam statutorum et ordina~~menti~~ dicti Comunis Trevii
remotis odio, amore, timore, prece, ~~XIII~~ pretio et omni alia hu-
mana gratia prefatique magnifici ~~[illegible]~~ Priores et XVIII
in fine cujuslibet anni in ultimo mense de mense Decembris
annuatim in eorum offitio ~~XVIIII~~ eligantur et eligere debeant
Camerarios Comunis Trevii tres videlicet unum pro quolibet ~~ter~~
terzerio, qui sint bone conditionis vite et fame etatis ad mi-
nus annorum XXX et allibrates in catastis Comunis libras CCC
Qui Camerarii sic electe imbussulentur in cassetta dominorum
Priorum Trevii, et de quatuor mensibus ~~[illegible]~~ quatuor mensibus casu

extrahatur unus ipsorum, qui durante dicto tempore dictorum
quatuor mensium sit et esse debeat Camerarius Comunis Crevi
cum salario hactenus consueto, dummodo non valeant semetipsos
vel aliquem ipsorum eligere, nec aliquem de domo sive de familia
eorum, et si aliter fieret electio non valeat ipso jure. Consi=
lium vero majoris extimationis similiter eligere teneantur pro uno
anno annuatim. Qui sint decem Consiliarii, videlicet de terserio Ca
stri et populo Sancti Milliani de Balia pladii, et balia bovarie
et de balia lapidie, et decem alii Consiliarii, videlicet de terser
matidie de balia Sancti Martini, de balia Sancte Marie ad
vallem, de balia ~~Manciani~~ Matidie de balia Manciani, et de Balia
Cortarum de Terserio plani decem alii Consiliarii, videlicet de
Populo Sancti Angeli de Fabri, de arficcialibus de populo Sancti Angeli de balia Sancte Luce de contrada
fracte in mercatelli picticarum Sancti Donati, et Sancti
Joannis et Sancte Laurentii modo et ordine consueto, qui sic
electi describantur videlicet nomina eorum, in carta membranea et
fiant brevia que quidem brevia recondantur in cassetta pre=
fatorum magnificorum dominorum Priorum, et de quatuor
mensibus in quatuor menses extrahantur casu videlicet unum breve de
dicta cassetta in quo quidem brevi descripta sint de quolibet
terserio nomina ~~decem~~ Consiliariorum, que nomina legantur
publice et alta voce in Consilio per Cancellarium Comunis.
et sint et esse debeant, durante dicto tempore, dictorum qua
tuor mensium de Consilio majoris extimationis terre Crevi, et
allibrati sint ad minus Libras CCC et sic successive ~~duo~~ de
quatuor mensibus in quatuor menses fiat dicta extractio usque
ad annum completum. Qui quidem Consiliarii jurare te=
neantur in manibus Cancellarii dicti Comunis et interesse
debeant omnibus Consiliis magnificorum XVIII dum fue=
rint requisiti et aliter non, et in qualibet electione

Officialium Forensium facienda sub poena et ad poenam solidorum X. denariorum pro quolibet Consiliario non interveniente auferendorum ab eisdem de facto ad petitionem dominorum Priorum tunc in offitio residentium et expendendorum pro ut ipsis dominis Prioribus videbitur et placebit, ac etiam concilium generale Communis Trevii de anno in annum annuatim eligere teneantur XX Conciliarios de quolibet terserio pro uno anno prout supra de quolibet populo et balia dividendo qui similiter in manibus Cancellarii Communis jurare ~~teneantur~~ teneantur, et interesse omni Consilio expensarum approbandarum factarum per Magnificos Dominos Priores et XVIII et dativarum imponendarum, et electionum faciendarum Notariorum ~~Curi~~ Civilium Communis Trevii Senatalium et Notariorum Senatalium et superstitum cavatinorum sub poena suprascripta, eligant namque et eligere teneantur pro uno anno, quolibet anno annuatim tres bonos idoneos et sufficientes vexilliferos videlicet de terzerio Castri et populo Sancti Emiliani unum de Terserio Mattidie, alium et de terzerio Plani alium, Nec non eligant et eligere teneantur pro uno anno annuatim sex Capitaneos pro quolibet terserio per populos et balias supra descriptas et nominatas dividendo ac etiam depositarium grani Communis Trevii et Rationatores Camerarii Communis et dicti Depositarii, et etiam Conestabiles ad custodiam et superstites si necessarium fuerit et opportunum, librum vero custodie capitaneorum conestabilium et aliorum Officialium eligendorum in Communi fieri faciant cum effectu et Cancellarius, nec Offitialis custodie, nec aliquis alius Offitialis Trevii non possit nec debeat sine licentia Magnificorum dominorum Priorum de dicto libro aliquos removere ad poenam ~~X~~ X librarum denariorum pro quolibet et

qualibet vice, qua contrafactum fuerit Comuni Crevii applicanda. Ac etiam Sanctuarios Ecclesiarum eligant modo et ordine in Statuto de Sanctuariis eligendis ordinato, ac etiam eligant et eligere teneantur tres bonos idoneos et sufficientes viros Crebanos de quolibet terserio: unum et Notarium eorum in sindicos appellationum coram quibus de qualibet Sententia lata tam per officium Potestatis Crevii, quam aliorum valeat appellari. Nec non eligant et eligere teneantur anno quolibet annuatim supratutores tutorum, et tutricium, curatorum et curatricium terre Crevii, et Notarios eorum, videlicet unum pro quolibet terserio bone conditionis, vite et fame etatis ad minus XL annorum, et allibratos in catasto Comunis libras CCC pro quolibet, quibus super tutoribus omnes tutores et tutrices curatores et curatrices debeant anno quolibet de mense Decembris se personaliter in eorum audientiam presentare ostensuri de juribus introitibus et exitibus dictorum pupillorum et adultorum bene juste legaliter et sine fraude, et omni machinatione remota sub poena librarum XXV denariorum pro quolibet et vice qualibet qua per dictos tutores et tutrices, curatores et curatrices fuerit contrafactum auferenda de facto per dominum Potestatem terre Crevii, de quibus tertia pars sit Comunis alia tertia sit dictorum Supratutorum, et alia dicti domini Potestatis qui de predictis executionem fecerit. Magnifici vero Priores Antepositi terre Crevii finito eorum officio duorum mensium de gestis, et administratis per eos vel alterum eorum in dicto Officio debeant per Judicem Potestatis terre Crevii omnimode Sindicari sub poena et ad poenam XXV librarum denariorum pro quolibet dictorum Priorum recusantium dicto modo et ordine sindicari de qua poena tertia

pars sit Potestatis residuum vero deveniat in Comuni et habeat Iudex pro suo salario pro quolibet Sindicatu Solidos XX denariorum, et Notarius X. et Iudex Potestatis terre Crevii qui pro tempore erit vinculo juramenti teneatur et debeat contra eos processus Sindicatus et quemlibet eorum cum effectu formare bannimentaque per terram Crevii mittere et omnia facere que in predictis et circa predicta requiruntur: quod si non fecerit et negligens fuerit in predictis incidat in poenam X librarum denariorum Comuni Crevii applicandorum, sibi per Sindicum Comunis in ejus sindicatu auferendo de quibus precipue debeat sindicari, et nullus qui non fuerit suppositus jurisdiccioni Comunis Crevii in dicto Comuni aliquod officium habere possit neque valeat, nec per aliquem aliquomodo eligi et sufficiat probatio trium testium fidedignorum de publica fama, et si eligeretur non valeat ipso jure, et eligens incidat in poenam librarum X denariorum de facto per dominum Potestatem auferendorum pro Comuni Crevii, et similiter nullus Crebanus non faciens factiones Comunis prout sunt custodie et alia onera necessaria ullomodo officium in Comuni habere valeat neque eligi, et si eligeretur ejus electio sit ipso jure nulla, et si ipse acceptaret aliquod officium sibi deputatum incidat in poenam librarum X denariorum, de qua tertia pars sit Potestatis residuum vero Comunis Crevii. Adjicientes quod nullus qui inhebrietur vel non solvat datium in Comuni Crevii et alii de Crevio ad dictum Officium prioratus vel XVIII assumi vel eligi possit et valeat, et si eligeretur: talis electio sit nulla ipso jure, et poena predicta tam eligens quam acceptans plectatur, et quod nullus de prefatis dominis XVIII possit nec valeat

vocem suam alicui committere nisi Cancellarius sit rogatus et illi de terserio suo, si aliter fiat non valeat ipso iure. Qui magnifici Domini XVIII toto illo anno ab omni factione custodiarum sint exempti et liberi, et quod nullus Magnificorum XVIII predictorum possit vel debeat assumi vel eligi ad aliquod officium pro anno futuro nec eligere vel eligi facere aliquem de sua domo simul morantem ad officium videlicet Camerariatus et Capitaneatus et si fieret talis electio et assumptio ipso iure sit nulla et nullius valoris et per XVIII proxime futuros de electione nova talium sic contra predicta electorum provideatur, et tale statutum per dictos XVIII vel aliquid concilium tolli vel suspendi non possit nisi solum per generalem arrengam populi terre Crevii, et similiter dictum statutum locum habeat in electione Massarii Camere grani Communis predicti.

De electione et extractione juramento et officio Camerarii R.a 6.

Quia omnis quidem utilitas publica fideli debet actione compleri, ideo statuimus et ordinamus quod anno quolibet de mense Decembris per Magnificos Dominos Priores et XVIII terre Crevii annuatim in eorum Concilio scrutinentur et ad palluctas, et ad pisides eligantur tres boni idonei, et sufficientes viri in camerarios, et ad officium Camerariatus terre Crevii pro uno anno de quolibet terserio unus aetatis XXV annorum et allibratus in catastis Communis libras CCC ad minus pro quolibet eorum. Quibus sic electis debeant nomina eorum describi per Cancellarium Communis in tribus brevicellis, videlicet unum nomen pro quolibet brevicello et descriptum in dictis brevicellis in cassetta Dominorum Priorum Antepositorum terre Crevii recondantur, et de quatuor mensibus in quatuor menses in concilio generali extrahatur

publice casu et fortuna, unus ex dictis brevicellis, et nomen illius in dicto brevicello descriptum sit et esse debeat Camerarius generalis Comunis Crevii per quatuor menses, qui Camerarius sic extractus ad dictum officium immediate sine aliqua contradictione sub poena librarum XXV denariorum Comuni Crevii applicandorum dictum officium Camerariatus debeat acceptare et in manibus Cancellarii dicti Comunis Crevii corporaliter manibus tactis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia jurare teneatur et debeat ejus officium Camerariatus bene et legaliter, et sine fraude exercere et pecunias ipsius Comunis diligenter custodire, et eas nisi pro evidenti utilitate Comunis non expendere de mandato tamen Magnificorum Dominorum Priorum terre Crevii, et voluntate Magnificorum XVIII in casu necessario cum apodissa sigillata sigillo Comunis et munita, et omnia facere et exercere diligenter prout tenetur, et debet ex forma Statutorum et ordinamentorum terre Crevii, et prestito dicto juramento teneatur et debeat dare tres bonos idoneos et sufficientes fidejussores per Cancellarium Comunis nomina illorum fidejubentium in libro reformationum describendo, et immediate teneatur facere et ordinare librum unum in bona et ordinata forma, in quo quidem libro omnis introitus et exitus Comunis Crevii per manus Cancellarii dicti Comunis describatur, et nulla alia persona cujuscumque conditionis existat audeat vel presumat in dicto libro exitus et introitus modo aliquo describi nisi per manus ipsius Cancellarii ad poenam et sub poena librarum centum denariorum Comuni Crevii applicandorum, reservato tamen in casibus expresse necessitatis vel infirmitatis ejusdem quia tunc et eo casu provideatur et providere debeat per Magnificos Dominos Priores terre Crevii tunc in officio residentes de quodam Notario Crevii sorente, et non sive bone conditionis et fame pro predictis

Scribendis, et nullus Camerarius Communis Trevii audeat vel presumat ab aliquo alio Scribi facere in dicto ejus libro introitus et exitus dicti Communis nisi per Cancellarium predictum ad poenam superscriptam, et dictus Camerarius vinculo juramenti et sub dicta poena centum librarum denariorum non audeat vel presumat aliquas pecunias Communis expendere nisi pro evidenti utilitate Communis de mandato Dominorum Priorum Antepositorum terre Trevii, et voluntate Magnificorum XVIII et cum apodissa sive bullecta sigillo Communis Trevii sigillata, et manu Cancellarii subscripta, et si aliter fieret de suis propriis pecuniis Communis Trevii reficere teneatur, teneanturque Magnifici Domini Priores Antepositi sigillum terre Trevii sigillare, et sigillari facere cuicumque petenti dummodo constet pecuniam contentam in dicta bullecta dictum petentem habere et recipere debere juste et debite vinculo juramenti et poena X librarum denariorum dictis dominis Prioribus contrafacientibus, de eorum salario per Camerarium Communis auferendorum et quod omnes pecunie in Communi solvendo non valeant neque debeant aliquo modo vel quesito colore per aliquem alicui persone solvi vel depositari nisi solummodo dicto generali Camerario Communis Trevii sub poena et ad poenam centum librarum denariorum Communi Trevii applicandorum totiens quotiens esset per aliquem vel per aliquos contrafactum, teneatur namque dictus Camerarius Communis Trevii qui pro tempore erit de omnibus et singulis pecuniis ad ejus manus perventis ad petitionem et voluntatem Magnificorum Dominorum Priorum Antepositorum terre Trevii libere et sine fraude rationem reddere et assignare totiens quotiens predictis Magnificis Dominis Prioribus tunc in officio residentibus placebit et eis videbitur convenire quod si non fecerit dictus Camerarius incidat in poenam librarum XXV denariorum vice qualibet qua contrafecerit et fuerit inobe-

dien[s]

et recusaverit mandata Magnificorum Dominorum Priorum in
predictis observare et eis obedire auferendam de facto per ~~dictum~~
dominum Potestatem terre Trevii, de quibus quarta pars sit ipsius
domini Potestatis residuum vero Comunis Trevii. Si cum effectu in Co-
muni predictos denarios sive poenam solvi fecerit et devenire.
Qui Camerarius per aliquem Forensem terre Trevii maxime per Pote-
statem et Officiales ipsius terre occasione officii sui Camerariatus.
et eis Officialibus vel alicui eorum det vel solvat aliquas pecunias
ex predictis nullo modo valeat detinere, nisi procederet de mandato
Magnificorum Dominorum Priorum Antepositorum terre Trevii tunc
in offitio residentium sub poena et ad poenam librarum quinqua-
ginta denariorum pro quolibet eorum de eorum salario aufe-
renda per Camerarium Comunis Trevii in eorum Sindicatu totiens
3 quotiens per ~~eum~~ eos vel aliquem[3] ipsorum extiterit contrafactum.
et teneatur dictus Camerarius vinculo juramenti et poena li-
brarum X denariorum Comuni Trevii applicandorum nisi in
casu necessitatis omnibus conciliis generalibus et majoris extima-
tionis terre Trevii interesse et in omni, et quolibet Conci-
lio protestari quod nulla Persona cujuscumque conditionis exi-
stat audeat vel presumat in dicto Concilio aliquo quesito colore
proponere dicere consulere vel arrengare aliquid quod sit vel
devenire posset contra utilitatem Comunis Trevii et pacificum
statum popularem ejusdem, et proponentes dicentes et con-
sulentes incidant in poenam superscriptam. Et habeat et ha-
bere debeat Camerarius Comunis Cameram unam pro ejus abita-
tione durante dicto tempore sui Camerariatus in palatio popu-
li juxta Cameram Notarii reformationum, et Priores qui
pro tempore erunt debeant eidem Camerario pro dicta sua
habitatione et residentia facienda dictam Cameram eidem
assignare, et habeat dictus Camerarius pro suo salario dictorum

quatuor mensium librarum XV denariorum et stare debeat contentus omnimode sub poena suprascripta dicto salario omni exceptione remota, et mandatis Magnificorum Dominorum Priorum et Antepositorum terrae Trevii in omnibus et per omnia die noctuque debeat obedire: et de terra Trevii et ejus districtu sine eorum licentia discedere non valeat sub poena quinque librarum denariorum Comuni Trevii applicandorum totiens quotiens esset per dictum Camerarium contrafactum, et quod nullus Camerarius sub dicta poena ire valeat neque mitti per aliquem in Ambasiatorem in aliquo loco ex parte Comunis pro aliqua re dicto Comuni vel speciali personae spectante vel pertinente, et sit et esse debeat dictus Camerarius ignarus litterarum, et omnes expensae factae per dictum Camerarium debeant ad minus omnimode per Cancellarium Comunis de duobus mensibus in duos menses in concilio generali legi et approbari prout ipsi concilio videbitur convenire: et finito ejus Officio quatuor mensium de gestis et administratis per eum in dicto ejus Officio Camerariatus modo et ordine hactenus consueto debeat sindicari: Teneatur namque dictus Camerarius in officio residens facere monstram Potestati de ejus Officialibus et Familia ad minus bis in mense sub poena X librarum denariorum, et de dicta monstra mentio fiat in libris Comunis semper per Cancellarium Comunis praedicti.

De electione et imbussulatione Concilii majoris extimationis et ejus Officio R.a 7.

Cum ad ornatum Palatii credimus pertinere Personas dignitatibus actas, quia de claritate servientium crescit fama et utilitas populorum, ideo statuimus et ordinamus quod anno quolibet in mense Decembris in fine dicti mensis Magnifici Domini

Priores et Antepositi terre Trevii qui tunc in offitio Prioratus
residebunt faciant Concilium Magnificorum ~~Priorum~~ Virorum
XVIII in eorum Palatio sono campane vocequae Preconis solemni-
ter convocare, et coadunato dicto Concilio fiat solemnis proposi-
ta de Concilio majoris extimationis eligendo pro anno proxime
venturo. Qui quidem Magnifici Domini Priores et XVIII tunc
in offitio residentes habeant plenum arbitrium Potestatem
et Baliam dictum Concilium majoris extimationis eligendi
et id quod per eos vel majorem partem eorum erit in predicta
electione factum et ordinatum valeat et teneat ac si per to-
tum Commune Trevii esset ordinatum. In qua quidem electione
talis ordo servetur: videlicet quod Prefati Domini Priores et Ma-
gnifici et XVIII unusquisque pro terserio et Populo suo eli-
gant triginta Conciliarios pro uno anno, qui in summa toti
capiunt nonaginta; videlicet de Terserio Castri et Populo
Sancti Miliani, et Balia Pladie, de Balia Bovarie, et Balia
Lapidee decem Conciliarii, de terserio Matidie, et Balia
Sancti Martini, de Balia Sancte Marie ad Vallem de Ba-
lia Matidie, et de Balia Manciani, et de Balia Costarum
decem alii Conciliarii. De Terserio plani de Populo Sancti Ange-
li de Artificialibus, De Populo Sancti Angeli de Fabri de Balia
Sancti Luce et contrata fracte Mercatelli Pic[illegible]chiarum San-
cti Donati, Sancti Joannis, et Sancti Laurentii decem alii
Conciliarii: de quibus Conciliariis de dictis Terseriis ac Populis
sic electis fiant tria brevia et in quolibet brevi describantur
triginta nomina dictorum Conciliariorum, videlicet de quoli-
bet Terserio et Populis et Baliis ut supra decem: que brevia
recondantur in cassecta Magnificorum Dominorum Priorum
Antepositorum Terre Trevii et de quatuor mensibus in qua-
tuor menses extrahantur; videlicet unum breve casu et for-
tuna

usque ad annum completum: que quidem nomina existentia
in dicto brevi legantur in Concilio generali alta voce per Cancellarium
Communis, et sint et esse debeant Consiliarii majoris extimationis terre
Crevii per quatuor menses, qui sint et esse debeant allibrati ad mi-
nus CCC librarum in catastis Communis pro quolibet eorum, et ali-
ter esse non valeant. Qui in introitu eorum Officii jurare te-
neantur et debeant ad Sancta Dei Evangelia corporaliter
manibus tactis scripturis sibi deferendum per Cancellarium Co-
munis Consiliis necessariis et opportunis interesse et in ipsis juste
dicere et consulere omnia que ipsis vel alteri ipsorum pro
utilitate Communis videbitur convenire et omnia ea facere
ad que tenentur ex forma statutorum et ordinamentorum
terre Crevii. Qui sic jurati teneantur et debeant vinculo jura-
menti et poena solidorum X pro quolibet Consiliario Consiliis Ma-
gnificorum Dominorum Priorum et XVIII et electionibus Offi-
cialium Forensium faciendis omnimode interesse, videlicet
Potestatis Cancellarii Custodie Medici Magistri Grammatice
et aliorum sub poena predicta solvenda et expendenda prout
Magnificis Dominis Prioribus terre Crevii videbitur et place-
bit, et id quod per ipsos vel majorem partem ipsorum gestum
obtentum et reformatum erit valeat et teneat ac si per totum
Commune Crevii esset solenniter ordinatum et reformatum
nec non teneantur et debeant sub dicta poena interveni-
re omni Concilio generali dicte terre Crevii ut res dicti Commu-
nis Crevii bene et moderate valeant dispensari et habeant
et habere debeant durante eorum tempore quatuor mensium
illam auctoritatem Baliam et immunitatem, prout et sicut
habent alii Consiliarii terre Crevii, et quod nullus ex dictis Consi-
liariis durante suo officio possit nec sibi liceat aliqua causa vel que-
sito colore vocem suam alicui committere poena centum solidorum

denariorum pro quolibet et qualibet vice Communi Trevii applicandorum, et Potestas qui pro tempore erit sub dicta poena predictam faciat observari.

De electione et juramento Concilii generalis et ejus Officio R.o 8.

Cum enim majoris laudis sit regnum juste modesteque regere quam adipisci idco duximus statuendum, quod Magnifici Domini Priores Antepositi terre Trevii et Magnifici XVIII qui pro tempore erunt de mense Decembris anno quolibet annuatim in fine dicti mensis Concilium Prefatorum Magnificorum XVIII faciant ut supra in electione Concilii majoris estimationis sollemniter coadunari et indicta coadunatione et Concilio eligantur inter eos de quolibet Terserio populis et Baliis ut supra in alio Statuto descriptis et nominatis viginti Conciliarios dividendo pro quolibet Terserio Populis et Baliis pro uno anno in totum LX Conciliarios summa capientes. Qui quidem sic electi sint et esse debeant Conciliarii Concilii generalis Communis Trevii et similiter et eodem modo et forma in introitu eorum Officii prout supra in alio Statuto omnimode jurare teneantur et prestito dicto juramento omni Concilio expensarum approbandarum factarum per Magnificos Dominos Priores et XVIII terre Trevii et dativarum imponendarum et electionum faciendarum Notariorum bance civilium causarum Communis Trevii et Sindicatalium dicti Communis superstitum cavatinorum et aliarum electionum faciendarum in dicto Concilio generali interesse debeant sub poena et ad poenam solidorum X denariorum pro quolibet eorum et qualibet vice auferendorum de facto ad petitionem Dominorum Priorum Antepositorum terre Trevii tunc in offitio residentium expenendorum ubi Dominis Prioribus Prefatis videbitur et placebit

Et ad hoc ut pecunia Communis non defraudetur, sed potius con-
servetur et Communis negotia sine suspitione procedant in dicto
Concilio generali legantur et eligi debeant per Cancellarium Co-
munis Trevii omnes expensae factae per Camerarium Comunis Tre-
vii de pecuniis ipsius Communis de mandato Magnificorum Prio-
rum Antepositorum terrae Trevii, et Magnificorum XVIII tunc
in offitio residentium super quibus reddatur et reddi debeant
per nonnullos ex dictis Conciliariis consilia eorum saluberrima et
opportuna per Potestatem, sive ejus Judicem in dicto Concilio pro-
ponenda, et cuilibet Conciliario in dicto Concilio permanente
per Tubatores Communis palluctas reddendas per quemlibet eorum
super Conciliis redditis totiens quotiens fuerit necessarium eis-
dem deferantur. Qui Conciliarii in reformatione cujuslibet
Concilii redditi provocibus eorum del sic, vel del non reddere
volentibus in pisside alba vel rubea eis, et cuilibet ipsorum
deferenda per dictos tubatores secrete ambabus manibus in
dictis pissidibus imponendis sub poena X. solidorum denariorum
eorum palluctas reddere teneantur: de quibus pissidibus una
sit alba, et alia rubea et ambe sint de pillitto foderatae et red-
dens vocem ejus del sic in pisside alba palluctam ejus secrete
intus mittere teneatur, et reddens vocem ejus del non in pis-
side rubea palluctam ejus modo et ordine supradicto debeat
intus mittere, et sic in omni et quolibet alio Concilio in quo
esset aliquod ordinatum vel reformatum modo et ordine
praedicto cum dictis pissidibus et palluctis semper debeat ob-
servari et si aliter fieret non valeat ipso jure: quae quidem
palluctae de dictis pissidibus per tubatorem Communis Trevii
tam del sic quam del non redditae palam et publice extrahi
debeant et numerari et per Cancellarium Annotari. In quo
quidem Concilio generali sint et esse debeant ad minus L.X

Conciliarii et omnes proposite fiant et proponantur in dicto
Concilio de voluntate Domini Potestatis terre Crevii et Ma-
gnificorum Dominorum Priorum Antepositorum terre ~~Crevii~~
in officio prioratus existentium et consilia reddita per dictos
Conciliarios super propositis eis antepositis divisim et separa-
tim de per secum dictis pissidibus recolligantur, et nulle
expense possint limitari in aliquo alio Concilio dicti Comunis
Crevii, nisi in ipso concilio generali, et si aliter fieret non
valeat ipso jure: et consulens aliter vel disponens incidat
in poenam librarum XXV denariorum pro quolibet et quo-
libet vice de quibus quarta pars sit domini Potestatis
residuum vero Comunis Crevii et omnia et singula que erunt
in dicto Concilio generali per ipsos Conciliarios vel saltim per
majorem partem ipsorum gesta facta approbata ordinata
reformata et constituta valeant et teneant pleno jure ac
si esset per totum Comune Crevii solemniter constitutum,
et hoc locum non habeat in expensis approbatis et limitatis
per Magnificos XVIII que si apparerent approbate et li-
mitate per dictos Magnificos XVIII una cum dominis
Prioribus terre Crevii talis limitatio et approbatio expen-
sarum factarum in Comuni Crevii de eorum voluntate valeat
et teneat pleno jure, et nullus qui non sit electus et jura-
tus Conciliarius nomine alicujus tam Patris quam Fratris ad
aliquod Concilium sub poena solidorum XL denariorum
pro quolibet et qualibet vice valeat pervenire, et cuilibet
sit licitum accusare et habeat quartam partem banni
et credatur sacramento ipsius accusatoris, quam poenam te-
neatur Potestas a dicto tali accusato solvi facere de facto
ad dictam poenam, et Potestas qui nunc est et pro tempore
fuerit sive ejus Offitiales non possint neque debeant ducere

ad aliquod Concilium aliquem seu aliquos homines, qui non sint Conciliarii electi et jurati poena librarum quinquaginta denariorum Communi Trevii applicandorum ei vel eis auferendorum tempore sindicatus, de quibus precise debeant sindicari, et nullus Conciliarius nec aliquis alius de Trevio sive ejus districtu in aliquod Concilium vadat ad arrengandum sive ad consulendum super aliqua proposita, postquam fuerit super eo pp quinque Consultores dictum et arrengatum poena solidorum quinque pro quolibet solvendorum de facto, et quod proposita semel admissa in ipso vel alio Concilio dicto tempore tempore illorum Priorum amplius non valeat proponi pp ipsos Priores vel alios sub poena prestiti juramenti, et si secus fieret non valeat ipso jure, et quotiescumque contigerit aliquam propositam fieri in Concilio Communis Trevii de manutenendo jura et jurisdictionem Communis predicte quod partitum Consultoris consulentis super dicta proposita mictatur de levando ad sedendum, et quidquid deliberatum fuerit in dicto Concilio valeat et teneat pleno jure, ac si fuisset vel esset ad bussulos et pallucta obtentum; et Potestas et Priores qui pro tempore fuerint teneantur predicta observare, et observari facere poena prestiti juramenti, et librarum XXV denariorum pro qualibet vice qua contrafecerint Communi Trevii applicandorum capitulo aliquo in contrarium loquente non obstante, et quod nullus Conciliarius tam in isto Concilio, quam in aliis audeat vel presumat consulere extra propositam factam in dicto Concilio poena XX solidorum, et nichilominus non valeat ipso jure quod consulerit in predictis.

De electione Vexilliferorum et trecentorum et eorum Officio R.a 9.

Si nephari homines non essent amaris suppliciis trucidati eis daret materia delinquendi, ideo ad evitandum predicta statuimus et ordinamus quod anno quolibet de mense Decembris in fine dicti mensis tempore quo fient alie electiones videlicet Camerariorum Concilii majoris estimationis et generalis teneantur Magnifici Priores et XVIII qui tunc in offitio residebunt vinculo juramenti eligere tres vexilliferos idoneos et sufficientes de quolibet Terserio unum videlicet de terserio Castri et populo Sancti Miliani, unum de Terserio Mattie alium, et de Terserio Plani alium actos ad dictum Officium exercendum. Qui sic electi sint et esse debeant vexilliferi dicti Comunis Trevii pro uno anno incohando die prima Mensis Januarii mensis tunc sequentis, quibus vexilliferis detur, et dari debeant per prefatos Magnificos XVIII sub eorum custodia homines trecenti acti ad arma portandum; videlicet cuilibet vexillifero centum et plures si videbitur dictis Magnificis XVIII convenire dividendo et eligendo pro quolibet Terserio Populis et Baliis dictos trecentos ut supra in aliis Statutis descriptis et nominatis, et de numero dictorum trecentorum fiant et eligantur pro quolibet Terserio quatuor conestabiles actiores, et digniores, et habeat quilibet Conestabilis in curam XXV armigeros de numero dictorum trecentorum et in quolibet actu necessario et opportuno omnes ad domum vexilliferi eorum congregari teneantur, et omnes ad mandatum domini Potestatis stare et obedire teneantur. Qui vexilliferi, et trecenti sic electi debeant in principio dicti mensis in platea Comunis cum eorum armis unusquisque sub vexillo Comunis se actualiter presentare, et sic representati teneantur et debeant omnes in manu domini Potestatis terre Trevii qui nunc est, et pro tempore erit corporaliter tactis scripturis jurare ad Sancta Dei Evangelia. Ipsi ~~vel eis~~ vexilliferi et dicti trecenti omni requisitione Potestatis Trevii die noctaque pro bono statu pace et unione popularis status dicte terre venire stare et parere mandatis ejusdem

totiens quotiens videbitur dicto domino Potestati convenire, et maxime quando
campana Comunis ad sturmum pulsaretur, vel ad arma, et hoc sub poena,
et ad poenam librarum centum denariorum pro quolibet Vexillifero et
librarum X pro quolibet Conestabile, et solidorum XL pro quolibet armige-
ro totiens quotiens fuerint et esse inobedientes: de quibus penis quar-
pars sit Domini Potestatis, residuum vero Comunis Trevii, si cum effec-
devenire fecerit in dicto Comuni, et valeant dicti Vexilliferi du-
rante dicto tempore die noctuque arma offendibilia per terram
Trevii, ejusque Comitatum impune et libere portare non obstan-
te aliquo statuto in contrarium disponente, et sint et esse debeant
dicti vexilliferi armati totis armis; videlicet celatis pancer-
riis spatis braccialibus et coscialibus et schenerijs, et Conestabiles eorum
similiter et alii armigeri sint et esse debeant pro quolibet
terzerio compartiti; videlicet XXV balesterii armati bonis balistis
verettonibus celatis, braccialibus et schenerijs, et XXV pavesarii
armati bonis pavesis vel rotellis spatis celatis schenerijs braccial-
bus et pancerijs et XXV cum lanceis longis celatis spatis braccia-
libus rotellis et pancerijs prout melius poterunt, et sic semper
venire et comparere teneantur in omnem casum et eventum ru-
moris vel monstre faciende, et Potestas terre Trevii in introitu
sui Officii; videlicet in primo mense teneatur, et debeat facere ve-
nire coram se dictos vexilliferos et trecentos armatos modo et or-
dine suprascripto in platea Comunis, et ipsis facere monstram
postquam ipsos faciat jurare in manibus ejus, quod ipsi et quili-
bet ipsorum, cum eorum armis die noctuque ad mandata ipsius
Domini Potestatis erunt proni et prompti pro bono statu pace
et unione dicte terre Trevii et eidem Potestati obedire, et
cum effectu ipsi domino Potestati et non alicui alii persone
sequelam faciant et obedient sub poena et ad poenam super-
scriptam, et nulla Persona cujuscumque status vel conditionis

existat audeat vel presumat dicto vel facto offendere vel impe-
dire aliquem de dictis trecentis venientibus vel venire volentibus
ad mandata dicti Domini Potestatis nec stantibus vel redeunti-
bus ad poenam et sub poena librarum CC denariorum pro quo-
libet contrafaciente et qualibet vice exigendorum de facto per
dictum Dominum Potestatem terre Brevi sine aliqua diminutio-
ne Comuni Brevi applicandorum, quod si non fecerit, et negli-
gens fuerit incidat in poenam librarum centum denariorum
de suo salario retinendorum sui tempore Sindicatus. Qui Vexil-
liferi pro toto illo anno a factionibus custodiarum sint exempti.

De Capitaneis eligendis

R.ᵒ 10.

Statuimus et ordinamus quod Magnifici Domini Priores An-
teposita terre Brevi, qui pro tempore erunt in Officio
Prioratus de mense Decembris anno quolibet faciant Con-
cilium XVIII in eorum palatio convocari et coadunari, et
coadunato dicto Concilio per ipsos dominos Priores vel alterum
ipsorum fiat proposita de Capitaneis contratarum eligendis, et
de qualibet Balia dictarum Tersiariarum eligantur duo Capi-
tanei qui sint capitanei dicte contrate et Balie per totum
annum ita quod in qualibet Tersiaria sint decem Capi-
tanei tantum, et de electione predicta ~~et modo~~ et ordine
et modo eligendi et scrutinandi remaneat et sit in arbi-
trio Prefatorum Magnificorum Dominorum Priorum et XVIII
Qui Capitanei sic electi jurent et jurare debeant in manibus
Cancellarii Comunis officium eorum sibi commissum legaliter
et sine fraude durante dicto tempore unius anni sollicite
facere et exercere, et omnibus Conciliariis generalibus
faciendis in terra Brevi interesse, et eorum vices et Con-
cilium valeat et teneat sicut aliorum Conciliariorum

et vadant ad omnia Officia sicut alii Conciliarii et Officiales dicti Comunis et tamquam Conciliarii habeantur, et quod nullus possit esse electus in capitaneus, nisi in illa contrata in qua esset allibratus vel accatastatus, et si aliter fieret non valeat, et quod dicti Capitanei sint exempti et immunes sicut alii Conciliarii, et quod dicti Capitanei inter alia precise specialiter et nominatim teneantur, et debeant jurare et denuntiare Potestati terre Erevii vel ejus Curie omnia et singula malefìcia que commicterentur quodcumque et qualitercumque in eorum contratis infra secundam diem a die commissi maleficii sub virtute prestiti juramenti et librarum X denariorum pro quolibet eorum Comuni Erevii applicandorum. Qui Capitanei de mense Decembris vel Januarii eligere teneantur secrete unum Gualdarium pro quolibet ipsorum, qui non sint allibrati libris L.ta in catastis Comunis Erevii et in illa contrata, ubi habitat dictus Gualdarius et aliter non valeat ipso jure. Qui Gualdarii singulis dominicis diebus coram Officiali damnorum datorum et maleficiorum ve[...] debeant presentari poena XX solidorum pro quolibet ipsorum non comparentium, qui teneantur et debeant denuntiare omnia damna data que viderint dari per ~~best~~ bestias vel per Personas et dicti Gualdarii fiant destricti per manus Officialis damnorum datorum et jurare debeant penitus predicta observare sub poena predicta, et denuntiare omnes blasfemantes Deum vel Sanctos et Sanctas ejus et ludentes ad ludum prohibitum proculdubio teneantur infra secundam diem sub poena predicta. Quibus Gualdariis creditur usque in XX solidis denariis, abinde vero supra cum uno teste fidedigno, et cum sacramento ipsorum.

De modo et forma eligendi Officiales Comunis
R.a 11.

Statuimus et ordinamus quod electiones omnium Officialium Comunis Trevii faciendæ ex forma Statuti vel aliter hoc modo fiant videlicet quod omnia nomina Conciliariorum scribantur in brevibus, et quoniam contigerit aliquem Offitialem fieri mictantur in quodam galero nomina Officialium cum brevibus Officii tot quot sunt inter nigra et alba propter que trahitur mictantur in alio galero et extrahantur nomina Conciliariorum per quemdam puerum ac etiam extrahatur ipse vel alter pro ipso Conciliario breve de alio galero ubi sunt Officiales, et si aliter fieret non valeat ipso jure, salvo quod electiones Potestatis ipsorum Notariorum reformationum Cameræ, et ipsorum Notariorum Sindici qui erit ad sindicandum Officiales dicti Comunis et etiam Sindici, qui erit ad dandum petitionem ipsis Officialibus, fiant secundum formam Statutorum, videlicet per Magnificos XVIII in ipsorum Concilio solemniter congregato.

De Inventario Potestatis
R.° 12.

Statuimus et ordinamus quod Massarius sive Notarius Cameræ Comunis Trevii faciat inventarium de bonis et rebus atque massaritiis sedentibus in Palatio Comunis Trevii ubi dominus Potestas moratur prima die que ipse Dominus Potestas intraverit ad suum Officium exercendum et ipsas res et massaritias assignare dicto domino Potestati vel ejus Officiali, et quod ipse dominus Potestas teneatur reassignare ipsas res ipsi Massario sive Notario secundum formam dicti inventarii in fine sui Officii, et pro qualibet vice qua non reassignaverit quatraplum valoris dicte rei non assignatæ eidem Massario emendare teneatur pro dicto Comuni recipiente, et dictam ~~in inventarium~~ inventarium, dictus Massarius facere

teneatur et assignare Sindico, qui fuerit ad Sindicandum dictum Dominum Potestatem, et idem modus servetur de rebus et massaritiis Palatii Dominorum Priorum et etiam Notarii reformationum, et Camerarii dicti Comunis tam in assignando quam etiam in aliis supradictis

De electione Massarii sive Notarii Camere
R.o 13

Statuimus et ordinamus quod electio Massarii sive Notarii Camere Comunis Trevii in qua sunt libri, et Massaritie dicti Comunis fiat quolibet anno finito Officio presentis anni presentis Notarii Camere supradicte in Concilio majoris extimationis et Magnificorum XVIII, in quo Concilio sint ad minus XX Conciliarii majoris extimationis, et quod obtentum fuerit in ipso Concilio valeat et teneat pleno jure cum salariis pactis et conditionibus ordinatis, et quotiescumque contigerit in Concilio sive Conciliis dicte terre proponi et tractari de nova electione Notarii sive Massarii Camere dicti Comunis, et in ipso Concilio sive Conciliis non obtineretur per duas partes de aliquo Massario sive Notario de novo eligendo ad dictum Officium secundum formam dicti Statuti, quod ille Notarius et Massarius Camere supradicte qui tunc temporis dicte nove electionis faciende, et quando de ipsa nova electione tractaretur erit, remaneat, et sit, et esse debeat Notarius et Massarius dicte Camere pro illo tempore, et per illud tempus contentum, et quod contineretur et tractaretur in ipsa nova electione facienda et tractanda cum salario consueto.

De electione Massariorum grani Comunis conservandi R.o 14.

Statuimus et ordinamus quod Magnifici Domini Priores Antepositi terre Trevii et Magnifici XVIII teneantur et debeant

eligere Massarios tres grani Comunis conservandi per eos videlicet pro quolibet terterio unum bonos idoneos et sufficientes quorum Officium duret per triennium; videlicet quod prius electus sive deputatus sit et esse debeat Massarius Comunis grani predicti conservandi pro uno anno finito dicto anno secundus deputetur pro alio secundo anno, et tertius pro tertio. Qui Massarii durante eorum Officio sive Officiis et ipsorum quilibet teneantur et debeant dictum eorum Officium vel Officia bene legaliter sollicite et sine fraude exercere et granum sibi datum et consignatum juxta eorum posse in bono statu diligenter conservare et non possint nec valeant aliquo modo vel quesito colore durante eorum officio vel Officiis de dicto grano alicui persone tradere prestare scambiare vel scomputare aut unum granum pro alio dare vel accipere nisi solummodo granum proprium Molitare sibi datum sine licentia Dominorum Priorum Antepositorum terre Erevii tunc in Offitio residentium poena librarum XXV denariorum, de quibus medietas sit Comunis et alia Potestatis si cum effectu veniri fecerit in Comuni. Super quibus habeat Potestas terre Erevii sive ejus Iudex qui nunc sunt et pro tempore erunt plenam et omnimodam potestatem inquirendi et procedendi, et culpabilem puniendi totiens quotiens reperisse contrafactum, et ut in predictis aliqua fraus committi non possit nec valeat prefati Magnifici Domini Priores Antepositi terre Erevii qui nunc sunt et pro tempore erunt de dicto granario Comunis habeant et habere debeant clavem unam de per se ut dictum granarium bene claudatur, et dictus Massarius aliam de per se similiter habere teneatur et debeat, et dictus Massarius sine presentia et voluntate dictorum Dominorum Priorum vel saltim duorum ipsorum, et dicti Domini Priores vel saltim

duo ex ipsis sive presentia dicti Massarii nunquam valeant ali quo modo vel quesito colore in reponendo vel extrahendo granum ex dicto granario quacumque de causa sub pena supradicta pro quolibet et qualibet vice qua contrafactum fuerit dictum granarium aperire, et Potestas qui nunc est et pro tempore erit sive ejus Iudex in predictis et contra predictos contrafacientes vel alterum ipsorum, procedendi et supra habeat omnimodam Potestatem et medietatem dicte pene si cum effectu devenire fecerit in Comuni et si contigerit aliquam gratiam fieri de predictis per Consilium generale alicui persone quod in ipsa gratia intelligatur et intervenire valeat portio dicto Domino Potestati spectans et pertinens, et si fieret valeat ipso jure etiam si de licentia et ~~de~~ voluntate ipsius domini Potestatis sive ejus Iudicis liberaliter non processiste, et habeat dictus Massarius pro labore et mercede sua a Comuni pro uno anno cuppas decem grani et finito ejus Officio teneatur granum sibi consignatum reddere Comuni ad illam mensuram modo et ordine hactenus consueto, et de gestis per eum in dicto Officio de dicta ejus Administratione debeat per ~~ej~~ Potestatem sive ejus Iudicem solemniter sindicari et plenariam reddere rationem in Comuni predicto.

De electione Senatorum.

R.a 18

Statuimus et ordinamus quod in Consilio generali terre Crevi ~~eligantur~~ eligantur ad sortes in qualibet tersiaria duo Senatores, qui cognoscant de senaitis et confinibus de quibus esset discordia inter aliquas Personas de Crevio et ejus Districtu ac etiam inter forenses, qui haberent possessiones in Districtu Crevi et de confinibus viarum personarum vicinalium ac etiam publicarum. Qui singuli duo debeant dictum officium exercere in eorum tersiaria quorum officium duret per totum annum, et jurent dictum

officium bona fide et sine fraude facere; et omnes questiones diffi-
nire positas coram eis de ipsis Senaitis hoc modo accedendo ad
locum questionis personaliter et summarie sine Potestate et
solemnitate juris si per se cognoverint debeant quod mittere
terminos et precipere partibus quod ipsi observent sub poena
X librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et vice
qualibet quod si per se facere nollent possint facere citari
vicinos per bajulum Comunis vel alios quos partes nominaverint
et eos jurari compellere de veritate dicenda de ipsa et qualibet
Senaita, et secundum quod partes melius probaverint ita termi-
nent et diffiniant inter ipsas partes, et sicut terminatum
fuerit uterque possideat et eorum diffinitiones sint firme.
et nihilominus eligantur in dicto Concilio ad sortes Notarii
tres de qualibet terziaria unus qui reducat in actis ea que dicti
Seinatores fecerint et Potestas et sui Officiales prestare de-
beant eis si opus fuerit auxilium et favorem. Qui Seinato-
res pro qualibet Seinata pro ipsorum salario et viatico ha-
beant a qualibet parte sex bol. et Notarius pro suo viati-
co habeat a qualibet parte sex bol. pro scriptura et quolibet
termino a qualibet parte tres bol. que miserint de partium
voluntate. Semper autem precipiant quod sit justum, et pre-
dicta locum habeant inter speciales personas, et quod dicti Seina-
tores possint pro eorum officio exercendo poenam et bannum
imponere cuilibet pro dictis Seinatis faciendis X solidorum
denariorum et quilibet debeat eis obedire sub poena librarum
X denariorum.

De electione Magistri Grammatice
N.o 16

Statuimus et ordinamus quod Potestas qui erit pro tempore una
cum dominis Prioribus dicti Comunis qui pro tempore erunt ipsi

et quilibet ipsorum teneantur et debeant de mense Septembris procurare et invenire ac etiam de mense Octobris ad terram Trevii ducere et tenere quemdam hominem quem voluerint in grammaticalibus doctum et expertum Magistrum qui doceat Scolares volentes esse secum summarie sine ulla alia deliberatione et reformatione Concilii, et quidquid per eos vel majorem partem ipsorum factum fuerit valeat et teneat pleno jure sicut factum fuisse legitime per Concilium dicti Comunis Cui Magistro promictatur, et detur, ac etiam solvatur de pecunia et ere dicti Comunis ad terminum et petitionem dicti Magistri pro suo salario labore et mercede quolibet anno quo steterit sive docuerit dictam artem grammatice in dicta terra Trevii illud salarium quod deliberatum fuerit per dictos dominos Potestatem et Priores denariorum parvorum currentium, et solvere pensionem domorum in quibus schole retinebuntur per Camerarium qui tunc erit in dicta terra Trevii. Qui Camerarius teneatur et debeat sub virtute prestiti juramenti dare et solvere dicto Magistro de pecunia et ere dicti Comunis ut supra dictum est summarie sine ulla alia deliberatione vel auctoritate alicujus Concilii super dictum salarium nominatum, et dictam pensionem sub poena XXV librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum, et Potestas qui pro tempore fuerit teneatur et debeat predicta omnia et singula et quodlibet predictorum observare et exequtioni mandare sine ulla alia deliberatione et auctoritate alicujus Concilii sub virtute prestiti juramenti, et sub poena XXV librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum. Qui Magister teneatur et debeat continue morari, et moram facere in terra Trevii ad docendum artem Grammatice per totum annum integrum incipiendo in festo omnium sanctorum et de hoc det idoneos fidejussores Camerario dicti Comunis pro ipso

Comuni recipiente et si toto anno integro non steterit solvatur sibi salarium pro rata temporis, et hoc capitulum sit precisum quod tolli non possit consilio vel arrenga

De electione Medicorum R.a 17

Statuimus et ordinamus quod anno quolibet in Consilio Magnificorum Dominorum XVIII et majoris extimationis fiat solemnis proposita de electione Medicorum eligendorum et Deputandorum in terra Brevi ad medicandum infirmos et semper et cum omni instantia eligantur unus vel duo boni Medici experti in artibus pro illo pretio pactis et Salario quod erit in dicto Concilio stabilitum vel ordinatum. Qui Medici sive Medicus teneatur bene et solliciute die noctuque infirmos terre Brevi curare, et personaliter visitare tam in terra Brevi quam in districtu, et comitatu ejusdem poena eidem Medico visitare personaliter nolente XL solidorum denariorum qualibet vice de suo salario retinendorum, et omnes secundum qualitatem et possibilitatem eorum recommissos habere, et Camerarius Comunis Brevi teneatur et debeat omni exceptione remota de pecuniis Comunis dictum Medicum vel Medicos de tersaria in tersaria prout erit ordinatum diligenter facere contentum et sibi dare solvere tradire ad suam petitionem quod fuerit sibi promissum poena librarum XXV denariorum si per ipsum Camerarium esset contrafactum

De electione Notariorum Bance R.a 18.

Statuimus et ordinamus quod Potestas in principio sui Offitii faciat eligi in Concilio generali XII bonos Notarios qui sint Notarii bance cum domino Potestate vel Vicario et Curia Domini Potestatis ad scribendum scripturas opportunas in civilibus causis ventillantibus in Curia Comunis Brevi, et singuli duo

esse debeant in Officio duorum Mensium tantum, et illi qui primo electi fuerint esse debeant in principio regiminis Potestatis usque ad duos menses alii duo electi sint aliis duobus mensibus, et sic de singulis. Quibus Notariis satisfiat pro scripturis in hac forma scilicet pro citatione solidum unum etiamsi duo essent in citatione. Si vero a duobus supra usque ad sex solidos duo, si vero ultra usque ad XII et inde supra ad voluntatem Iudicis et pro presentatione et licentia pro termino a qualibet parte solidum unum et pro contestatione litis et libello ponendo in actis et juramento calumnie a qualibet parte solidorum duorum denariorum VI pro exceptione sive protestatione a protestante denarios VIII pro qualibet positione a ponente denarios IV et respondente ad quam respondebit denarios IV pro qualibet pro precepto denarios XII pro apertura testium a qualibet parte denarios XII pro tota intentione ponenda in actis si continet tres articulos vel infra denarios XII a producente, si ultra tres articulos continuerit bolum unum pro appellatione facta testis a producente bolum unum pro sententia interlocutoria bolum unum, pro appellatione facta viva voce bolum unum pro appellatione in scriptis bolos duos, tamen de aliis scripturis satisfiat eis ad voluntatem Iudicis, si vero ipsa acta aliqua partium ipsarum voluerit publica possit accipere duos bolos pro qualibet carta computando pro una parte et non plus, et nullus Notarius ultra dicta salaria accipiat vel accipi faciat sub poena prestiti juramenti et XL solidorum denariorum pro qualibet et qualibet vice, quas poenas ~~Poenas~~ Potestas vel Iudex de facto tolli facere teneatur sub poena L librarum denariorum Potestati et Iudici predicta facere negligentibus, et nullus Notarius possit sese eligere nec esse in dicto Officio nisi semel in anno et lucrum

[…]: Aus electus fuerit ipsa electio non valeat ipso jure et qui electus fuerit ad dictum

ipsorum qui simul erant sit comune inter ipsos, et nullus qui
non exercuerit artem Notariae per unum annum et plus pub-
blice possit esse electus ad dictum Officium. † non valeat per ali-
quem alium Notarium exerceri facere nisi per illum qui
electus fuerit, nisi justo impedimento impediretur, quo casu
possit substituere alium loco sui meliorem et sufficientiorem
de cum voluntate Judicis Comunis et licentia Rectorum artis Ju-
dicum et Notariorum dummodo ipse substituens et dicti Recto-
res jurent ad Sancta Dei Evangelia coram dicto Judice substitu-
tum esse meliorem et sufficientiorem substituente alias nisi serva-
ta fuerint predicta ad substituendum nullatenus admictatur,
et quod si fieret non valeat, et si ille qui electus fuerit ad dictum
offitium adesse non poterit personaliter conditione aliqua ad-
veniente, quod alter Notarius in Concilio generali eligatur, et quod
Notarii bancae debeant facere eorum expensis omnes sindicatus per-
tinentes ad predictum Comune et quod nullus Notarius dum erit
ad officium bancae in causis civilibus debeat facere aliquam
~~procurationem~~ procurationem vel advocationem pro aliqua
persona ad poenam XX solidorum pro qualibet vice propriam
autem causam possit defendere et tractare, et quod omnes et
singuli Notarii de Crema vel ejus Districtu exercentes artem No-
tariae teneantur et debeant sub virtute prestiti juramenti,
et poena XXV librarum denariorum pro qualibet contrafa-
ciente qualibet modo et qualibet vice omnes et singulos contrac-
tus instrumenta testamenta, et quaslibet alias ultimas vo-
luntates et quamlibet ipsarum et ipsorum statim cum
a contrahentibus fuerint rogati cum omnibus et singulis sub-
stantialitatibus pactis et conventionibus habitis inter con-
trahentes clare et aperte scribere in eorum quaterno
vel libro, et ipsos, ipsas, et ipsa sic descriptos, descriptas, et

† Et si electus fuerit ipse electio non valeat ipso jure, et qui electus fuerit ad dictum officium bancae dictum officium

et descripta contrahentibus presentibus testibus legere, et teneantur et debeant predicti Notarii et quilibet ipsorum infra XV dies a die rogationis predictorum numerandos ipsos contractus instrumenta testamenta et alias vel ultimas voluntates in eorum libro protocollorum extense ponere cum predictis substantialitatibus conventionibus et pactis et ampliare secundum naturam contractus ipsorum vel alicujus eorum, substantia in aliquo non mutata. Et possint et valeant predicti Notarii et quilibet ipsorum pro quolibet contractu stipulatione testamento sive ultima voluntate quem quod vel quam rogaverint eo tempore quo rogati fuerint pro eorum labore accipere usque in XXX denariis ~~[illegible]~~ a parte qualibet exceptis quod deliberationibus et procurationibus de quibus et ipsarum qualibet liceat eis accipere congruam mercedem sicuti hactenus consueti fuerunt accipere et non ultra: Statuentes et ordinantes sub dicta poena quod contrahentes ad quos dicti contractus instrumenta testamenta sive ultime voluntates spectabunt teneantur et debeant ipsas ipsas ipsa et quilibet ipsorum infra sex menses a die rogationis predicte numerando recolligere, et postquam vires sumpserint in publicam formam a Notariis repetere et ipsis congruum pretium pro ipsorum labore cum effectu solvere quod pretium et salarium debeat cum dubium et questio fuerit inter partes decidi ~~dicenti~~ per Judicem Comunis et Rectores Notariorum. Et Potestas et Judex qui nunc sunt et pro tempore fuerint sub virtute prestiti juramenti et poena XXV librarum denariorum pro quolibet ipsorum teneantur et debeant super predictis inquirere et solemnem inquisitionem facere, et repertos culpabiles in predictis et quolibet predictorum in penis predictis punire et condemnare. Qui

Notarii sint et esse debeant omnes matriculati in matricula Notariorum Comunis Erevii alias incurrant poenam X librarum denariorum Camerario artis Notariorum persolvendarum, et quod nullus Notarius Forensis possit nec valeat in terra Erevii ejusque comitatu fortia et districtu esse rogatus nisi habitaverit continue in terra Erevii per quinque annos ad minus vel in ejus districtu de aliquo contractu testamento codicillo donationibus vel aliis scripturis spectantibus ad homines et personas de Erevio vel ejus districtu sub poena XXV librarum denariorum pro quolibet Notario et qualibet vice et etiam contrahente quolibet, et nihilominus talis contractus testamentum donatio codicillus vel alia scriptura non valeat nec teneat ipso jure et ipso facto. Exceptis Notariis Officialibus terre Erevii qui durante ipsorum Officio possint eorum officium exercere pro ut supra et infra in Statutis continetur.

De Officio Supratutorum R.° XVIIII.

Statuimus et ordinamus quod Supratutores Comunis Erevii anno quolibet de mense Novembris teneantur et debeant vinculo juramenti et poena librarum XXV denariorum Comuni Erevii applicandorum facere coram se omnes tutores et tutrices, curatores et curatrices et negotiorum gestores pupillorum et adultorum terre Erevii et ejus districtu in loco honesto per eos Deputato cum eorum inventariis. Quibus Supratutoribus dicti tutores et tutrices, curatores et curatrices et eorum mandatis obedire et coram iis venire teneantur, et dicti Supratutores prius et ante omnia dicta eorum inventaria inspicere diligenter et a Notario eorum legi facere teneantur. Postquam teneantur et debeant cum omni sollicitudine et industria eos et eas examinare et introitus et exitus predictorum quemlibet de per se a dicto

eorum Notario Scribi faciant et denotare in quodam ejus libro publico et autentico, et in publicam et autenticam formam reduci facere scribi et denotari prout et sicut fiunt alii contractus expensis dictorum tutorum sive curatorum, et valeant dicti supratutores judicare et sententiare in predictis et circa predicta et quodlibet predictorum de dictis rationibus eis assignatis ## pro ut, et sicut eis videbitur de jure convenire, que acta sive sententie eorum per dictum eorum Notarium in dicto ejus libro publico et autentico reducantur et describantur ita et taliter quod semper valeant in bona et autentica forma reperiri et haberi quotiescumque fuerit necessarium et opportunum, et habeant dicti supratutores pro eorum labore et mercede de qualibet ratione visa a dictis tutoribus sive curatoribus solidos ~~...~~ X denariorum si hereditas fuerit a ~~...~~ quatuorcentis libris infra, abinde vero supra usque in septem centum ~~VII~~ libris habeant solidos XX denariorum: abinde vero supra in omnem quantitatem habeant solidos XL denariorum, et Notarius eorum habeat pro mercede et labore suo de primis scripturis in dicto suo libro in publicam formam primis redactis tantundem pro rata. De secundis vero scripturis in publicam formam redactis ad petitionem partis petentis habeat pro suo salario et mercede a dicta parte petente prout et sicut erit a dictis supratutoribus declaratum et ultra accipi non valeat nec possit sub poena X librarum denariorum de quibus medietas sit Potestatis ## alia Comunis: teneantur namque dicti supratutores si contigerit aliquem mori relictis filiis sive filiabus pupillis ipso stante mittere eorum Notarium ad domum dicti Defuncti et omnium bonorum mobilium facere fieri descriptionem expensis heredum sive hereditatis predicte solvendis dicto Notario prout et sicut dictis supratutoribus videbitur convenire quam descriptionem bonorum mobilium

predictorum dictus Notarius solemniter, ne fraus aliqua commicti valeat describere teneatur, et habeant supratutores plenam et omnimodam potestatem auctoritatem et baliam puniendi et condemnandi quascumque personas, que aliqua de bonis dictorum pupillorum reperirentur defraudasse ante dictam descriptionem vel inventarium faciendum, et nulla persona cujuscumque conditionis existat tam mater quam avia et tam ascendentes quam descendentes audeant vel presumant aliquo quesito colore in hereditate alicujus pupilli vel pupillorum ante dictam descriptionem faciendam sive inventarium solemniter et similiter faciendum et cum decreto Judicis interponere sub poena et obligatione in statuto de modo et ordine procedendi contra pupillos vel adultos contineatur, et Potestas terre Brevii et ejus Judex, et omnes Offitiales ejus qui nunc sunt et pro tempore erunt teneantur et debeant vinculo juramenti et poena librarum XXV denariorum pro quolibet eorum Comuni Brevii applicandorum predictis supratutoribus prebere auxilium consilium et favorem ad omnem eorum requisitionem, et si erit necessarium et opportunum cogere et detinere tutores et curatores, tutrices et curatrices prout et sicut de voluntate dictorum supratutorum processerit.

De electione Potestatis
Ra 28.

Statuimus et ordinamus, et hac salubri provisione firmamus nos statutarii quod deinceps electio cujuslibet novi Potestatis terre Brevii spectet, et pertineat ad concilium majoris extimationis Comunis terre Brevii quod pro tempore fuerit et ad XVIII bonos viros positos et deputatos super bono statu terre Brevii, qui videlicet erunt in Officio XVIII tempore quo electio celebrabitur et ad dominos Priores terre Brevii qui tunc temporis electiones

in officio residebunt, et quod per ipsos vel per duas partes ipsorum factum gestum seu ordinatum fuerit circa electionem novi Potestatis vel novorum Potestatum valeat et teneat pleno jure ac si factum gestum, et ordinatum esset per totum et universale Comune dictae terrae Trevii. Volumus tamen in ipsa electione seu in ipsis electionibus talem ordinem conservari, videlicet quod primo mense regiminis cujuslibet Potestatis dictae terrae, Potestas et Priores dictae terrae qui pro tempore fuerint sub poena prestiti juramenti et centum librarum denariorum Potestati, et XXV librarum denariorum cuilibet ex Prioribus teneantur et debeant per bajulum seu bajulos dicti Comunis facere inquiri omnes et singulos Consiliarios majoris estimationis qui tunc erunt, et omnes de officio XVIII qui erunt personaliter, vel ad domum una die pro alia vel pro sequenti die post citationem compareant coram domino Potestate, et etiam faciant per Preconem seu Bannitorem Comunis banniri una die pro alia, quod dicti Consiliarii et XVIII debeant venire ad Consilium in quo tractari debeat de electione novi Potestatis, ad poenam XX solidorum denariorum non venientes dominus Potestas debeat condemnare nisi legitimam habuerint excusationem et ipsis venientibus die deputata predictus dominus Potestas ipsos faciat congregare in Palatio populi in quo Priores moram trahunt in absentia ipsius domini Potestatis, et suorum Officialium, et ipsis in dicto palatio congregatis qui ad minus esse debeant XL preponatur inter ipsos prepositum vel antepositum XVIII qui tunc erunt: quid videtur et placeat providere et ordinare super electione novi Potestatis pro futuris sex mensibus incipiendis post finem Officii Potestatis qui tunc erit, et quod per ipsos vel duas partes ipsorum deliberatum fuerit seu factum valeat et teneat, et executioni mandetur, et volumus quod facta electione novi Potestatis infra XV dies

post factam electionem electio de novo debeat presentari per Sindicum Comunis, qui sit et esse debeat unus ex tubatoribus Comunis Trevii, et mitti per ambasiatorem eligendum in Conscilio generali dicti Comunis, qui non possit esse nobilis, vel de numero Nobilium terre Trevii vel districtus ejusdem nec pro Ambasiatore eligi vel nominari, et si eligeretur vel nominaretur talis electio vel nominatio non valeat nec teneat ipso jure, et dictus talis in potestatem electus si fuerit dicta electio per Sindicum dicti Comunis presentata debeat acceptare vel renuntiare infra secundam diem postquam sibi electio fuerit presentata: alias si dictam electionem infra dictum terminum non acceptaverit vel renuntiaverit ut est dictum dicta electio evanescat et juribus careat, et non possit ad dictum regimen potestarie eligi vel assumi aliquis exbannitus vel exititius sue terre vel de qua est oriundus nec secum habere duci vel teneri aliquem Officialem vel Familiarem exbannitum vel exititium sue terre, et si eligeretur non valeat nec teneat ipsa electio ipso jure et ex tali electione seu talis electo seu presentatione jus aliquod non queratur, et debeat dictus Potestas eligendus, et qui Officium acceptabit ipse cum omnibus Officialibus et Familiaribus et equis ad terram Trevii venire personaliter duobus diebus ante initium sui Officii alias ejus Officium evanescat in totum, et sibi nullum jus in salario acquiratur, et quod interim donec venerit alter Potestas si Officium Potestarie dicta occasione vel alia quacumque vacaret. Priores qui erunt pro tempore una cum antepositu XVIII possint Officium potestarie exercere cum illo Notario quem voluerint conducere vel habere, et debeat dictus Potestas secum conducere in dicta terra Trevii et ejus districtu continue dicto tempore sex mensium habere et tenere pro dicto suo Officio

exercendo unum bonum, legalem, sufficientem, et expertum Iudicem juris peritum, et unum Militem praticum et expertum, duos bonos expertos et sufficientes Notarios aetatis ad minus XX annorum pro qualibet decem bonos, sufficientes et actos ad arma portandum et bene armis munitos famulos aetatis ad minus XVIII annorum pro qualibet et duos equos quorum unus sit valoris et extimationis XXV florenorum duri ad minus, et alter sit valoris et extimationis XV florenorum ad minus et teneatur et debeat de ipsis Officialibus et Famulis et equis monstram et consignationem facere qualibet septimana semel ad minus, et ultra quotiens fuerit requisitus coram Camerario Communis Erovi et suo Notario et coram quibuscumque Officialibus vel Officiali ad hoc pro dicto Communi deputato vel deputando in Concilio generali vel in platea Communis prout placuerit dicto Camerario vel aliis Offitialibus ad hoc de ~~putatum~~ putandis vel deputatis ad poenam dicto domino Potestate dictam monstram facere recusante vel non faciente centum librarum denariorum de suo Salario pro qualibet vice in quam ipso facto incurrat, et Camerarius dicti Communis de Salario dicti Potestatis debeat retinere, et ad introitum dicti Communis mittere alias de suo proprio compellatur, et si dictus Dominus Potestas dictos Offitiales, Famulos et equos in dictis monstris et consignationibus vel aliqua ipsarum non habuerit vel non consignaverit ipso facto poenas infrascriptas incurrat, quas dictus Camerarius dicti Communis Erovi qui pro tempore fuerit absque aliqua alia condemnatione vel sententia de Salario dicti domini Potestatis debeat retinere et ad introitum Communis poni facere teneatur sub poena Lta librarum denariorum videlicet pro Iudice non invento pro qualibet vice XXV librarum denariorum pro Notario qualibet et Mili

non invento et qualibet vice, X librarum denariorum pro
quolibet Famulo non reperto, et qualibet vice V librarum
denariorum, et pro quolibet equo V librarum denariorum.
Quas monstras et consignationes saltim qualibet septimana se-
mel ad minus Camerarius Comunis qui pro tempore fuerit et
ejus Notarius et quilibet alius ad dictas monstras et consignationes fa-
ciendas deputatus vel deputandus facere teneatur sub poena pre-
stiti juramenti, et X librarum denariorum pro quolibet et qua-
libet vice, qua predicta neglexerint observare: in quas poenas ipso
facto incurrant et presumatur non fecisse nisi docuerint per in-
strumentum vel scripturam publicam ipsas fecisse, et quilibet
ipsorum Officialium per se dictam monstram facere possit, et
Potestas ad petitionem cujuslibet eorum facere teneatur sub poe-
na predicta et habeat et habere debeat dictus Potestas sic ele-
ctus, et qui dictum potestarie officium acceptabit et dictum
est pro suo dictorumque Officialium, et equorum salario et
mercede, et pro omnibus eorum et cujuscumque ipsorum expen-
sis pro dicto tempore toto et proveniendo stando et redeundo
omni eorum et cujuscumque ipsorum ressico, periculo et fortuna,
et etiam quolibet casu fortuito vel alio casu de quibus dictum Co-
mune Trevii nullatenus teneatur et etiam pro carta et attramen-
to mille librarum denariorum monete currentis et non plus id
est alias CLXXX florenos auri ad rationem IV librarum, et soli-
dorum XVI pro floreno quolibet, modo aliquo occasione vel
causa, aliquo quesito colore ultra dictum salarium nihil possit
percipere vel habere a dicto Comuni vel aliqua alia speciali
persona directe vel indirecte aliquo quesito colore. Quod sala-
rium eidem domino Potestati per Camerarium dicti Comunis de pe-
cunia dicti Comunis Trevii quibuslibet duobus mensibus sui officii
prorata temporis persolvatur. Salvo quod tertia paga debeat

per Camerarium predictum retineri, et ipsam non solvi donec fuerit completus sindicatus ejusdem, et fuerit per Sindicum Comunis qui eum sindicabit sententialiter absolutus ipse Potestas et alii sui Officiales et famuli predicti et donec satisfecerit Comuni et Specialibus personis, de omni eo et toto quod eis vel alicui ipsorum aliqualiter teneretur, et donec fecerit dicto Comuni Crevii legitimam generalem quietationem, et remissionem de omni eo et toto quod petere vel exigere posset a dicto Comuni vel Specialibus personis ejusdem occasione offitii supradicti, ipse vel aliquis seu aliquis ejus Offitialis vel famulus et si aliter vel ultra solveret Camerarius antedictus de suo proprio intelligatur solvisse, et debeat dictus Potestas finito officio suo stare ad sindicatum coram sindico deputando ad sindicandum eumdem cum omnibus suis Offitialibus et famulis et equis in terra Crevii per totum instituto loquenti de sindicatu ejusdem contento, et in suo adventu debeat dictus dominus Potestas apportare unum palium explicatum supra quadam hasta valoris et extimationis XX librarum denariorum offerendum in Ecclesia Sancti Emiliani Martyris Protectoris terre Crevii ad ejus laudem et honorem nisi aliud per dictos electores fuerit declaratum de non apportando dictum pallium vel alibi offerendo, et jurare teneatur et debeat dictus Potestas observare et observari facere omnia statuta, reformationes et ordinamenta Comunis Crevii facta et facienda que non essent contra Ecclesiasticam libertatem, sub poenis in statutis, ordinamentis et reformationibus dicti Comunis contentis et suum officium bona fide, et sine fraude facere et exercere, et facere et observare et observari facere omnia et singula, que in statuto de juramento Potestatis continentur antequam descendat de equo ipse et dicti sui Offitiales, et nihil aliud ipse per se vel di

sui Offitiales vel Famuli per se vel aliam interpositam personam vel personas recipiet de bonis dicti Comunis vel specialium personarum ultra salarium supradictum aliquo modo vel causa, et quod nec ipse Potestas nec aliquis Offitialis Comunis Crevii proponet vel proponi faciat quod ipse vel aliquis Officialis Comunis Crevii possit se abentare a terra Crevii et ejus districtu contra voluntatem dominorum Priorum et XVIII nec proponi consentiet tacite vel expresse nec quod ipsi Potestati vel alicui suo Officiali vel Famulo vel pro eis vel ipsorum aliquo aliquid detur vel donetur de bonis dicti Comunis vel specialium personarum ultra salarium supradictum, et volumus quod si dictus Dominus Potestas proponeret vel proponi faceret vel Priores vel aliquis Conciliarius consuleret in centum libris denariorum pro quolibet et qualibet vice condemnetur per Sindicum qui erit ad Sindicandum eosdem et sit semper infamis, et quod nec ipse nec aliquis ex suis consanguineis qui sibi attinerent usque ad quartum gradum possit de cetero habere aliquod Officium in terra Crevii vel ejus districtu, et quod ipse Potestas vel aliquis suus Officialis vel Famulus quando tractabitur de electione Potestatis in ipso Concilio vel in ipsa electione non stet neque intersit nec in palatio in quo dicta electio fiet vel celebrabitur nec in scalis dicti palatii, volumus etiam quod nullus de Crevio vel districtu ejusdem aliquo modo vel causa possit eligi vel nominari vel assumi in Potestatem vel pro potestate terre Crevii, et si secus fieret electio assumptio et nominatio nullius sit roboris vel momenti, scilicet careat viribus et effectu, nec ad aliquod Comune vel terram ~~[illegible]~~ mitti possit vel debeat quod ad potestariam, vel ad aliquod regimen dicte terre mictatur aliqua specialis persona, et debeat dictus dominus Potestas in fine sui Offitii

dare et assignare Camerario dicti Comunis Trevii pro ipso Comu-
ni recipiente in concilio generali dicte terre duos pavesos ad sua
arma depictos bonos et sufficientes valoris et extimationis X li-
brarum denariorum pro qualibet duas balistas bonas cum cordis
cunctis et mastracordis valoris et extimationis XX librarum
denariorum, et si dicti pavesos et baliste reciperentur per dictum
Camerarium vel alium Officialem Comunis predicti minoris exti-
mationis quam supradictum sit de suo proprio dicto Comuni solvere
et satisfacere teneatur et quod dictus dominus Potestas qui erit
pro tempore teneatur et debeat vinculo juramenti et pena
L.ta librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii ap-
plicandorum infra XV dies post introitum sui officii sindi-
care omnes et singulos Priores qui fuissent pro dicto Comuni in
sex mensibus tunc proxime preteritis dummodo quod non intelli-
gatur de Prioribus qui fuerint in Officio prioratus suo tempo-
re de omnibus et singulis per eos factis, commissis, et neglectis, et
de prepositis per eos factis contra formam Statutorum Comunis
Trevii et specialiter de libro quem debent facere et secum
tenere et habere ut in ipso scribantur nomina accusa-
torum et inquisitorum, et de omnibus statutis ad ipsorum of-
ficium pertinentibus sive spectantibus, et eos repertos culpabi-
les punire et condemnare secundum formam Statutorum Comunis
predicti, et hoc capitulum sit precisum quod tolli non possit
vel suspendi concilio vel arrenga salvis semper et reservatis
officio Potestatis auctoritate et balia officii XVIII potestorum
et electorum per dictum Comune super bono statu Comunis Tre-
vii quibus vel alicui ipsorum vel alicujus eorum Officio
potestati et balie per presens statutum non sit nec intelliga-
tur in aliquo detractum vel derogatum, et teneatur ipse Po-
testas ad petitionem Camerarii totiens quotiens dicto Camera-
rio

videbitur et placebit facere monstram de se et Officialibus suis ejusque famulis et equis: et si contigerit dictum dominum Potestatem, Judicem Notarios et Famulos non interesse dicte requisitioni quilibet ipsorum incurrat in poenam superscriptam, de quibus tempore Sindicatus per Sindicum qui venerit ad sindicandum ipsum et suos Officiales et familiam debeat condemnari tam pro se quam pro suis Officialibus et famulis, et pro quolibet equo non invento vel non presentato in poenis suprascriptis excepto quod infra tres dies valeat Officialem seu Officiales famulos et equos assignare a die dicte requisitionis facte, et similiter si aliquis famulus aufugeret in dicto termino remittere teneatur et debeat sine poena. Qui Potestas et Officiales et Famuli distent ad minus a terra Brevii per XX miliaria alias electio evanescat, nec ipse Potestas Judex, Officiales, et Familia possint ad prefatum redire officium usque ad quinque annos a die depositionis officii poena C librarum denariorum pro quolibet.

De juramento Potestatis
R.o 21.

Statuimus et ordinamus quod quicumque erit ad regimen Potestarie terre Brevii in principio sui Officii juret et promittat hoc modo. Ego Potestas Communis et Populi terre Brevii juro ad sancta Dei Evangelia manu tactis scripturis et corporaliter tacto libro et jurando promitto tibi qui mihi computas sacramentum recipienti nomine et vice Communis et Populi terre Brevii predicte pro ipso Communi manutenere toto meo posse et defendere Commune et populum predictum et jura ipsius tempore mei officii et officium potestarie in dicta terra meo durante officio bene et legaliter facere et augere jura dicti Communis, et manutenere jura possessiones, et bona dicti Communis

et custodire et custodiri facere Castrum et Pladiam terrae Brevii et servare et servari facere omnia et singula capitula reformationes et ordinamenta in hoc statuto contenta et facta et facienda juribus et libertatibus Ecclesiae Romanae non contraria vel repugnantia ullo modo, et juro quod pignora quae venirent penesme et meos Officiales Camerario Communis deposita non vendam nec vendi faciam nisi ille cujus fuerint pignora prius condemnatus fuerit, et juro quod postquam ipsa condemnatio soluta fuerit pignora ipsa restitui faciam sine mora vel etiam absolutus, et quod non recipiam nec recipi faciam aliquod depositum in pecunia vel re aliqua quacumque ratione vel causa sub poena XXV librarum denariorum de meo salario Communi Brevii applicandorum et virtute prestiti juramenti, et non expendere nec expendi facere de pecunia dicti Communis contra formam Statutorum et reformationum dicti Communis, et scribi faciam per Notarium ad hoc deputatum omnes et singulos introitus et proventus dicti Communis perveniendos ad manus Camerarii ~~dicti~~ Communis predicti in uno libro et omnes expensas in alio libro et de ipsis introitibus et expensis reddi faciam integram rationem per dictum Camerarium in concilio generali dicti Communis singulis duobus mensibus circa finem mensis vel duobus diebus circa principium futuri mensis, quod si non fecerim perdam de meo salario vice qualibet XXV libras denariorum Communi Brevii applicandorum, et punire et condemnare et puniri facere omnes et singulos malefactores secundum formam statuti loquentis de ipso maleficio secundum qualitatem criminis postquam mihi constiterit de nequitia eorumdem, et singulos falsarios, fures, rabbatores et exbannitos Communis Brevii et ducatalis curiae in principio mei officii faciam publice exbanniri de Brevio et ejus districtu, et quod

infra triginta dies postquam accusatio facta fuerit sive inquisitio vel inceptam super ipsam sententiam promulgabo, et ipsam sententiam executioni mandabo infra XXX dies post latam sententiam, et si non fecerim perdam de meo salario [illegible] libras denariorum Comunis Brevii applicandorum nisi justum steterit impedimentum, et nihilominus processus in sui roboris firmitate permaneant, et testes intra X dies recipiam et dictum ipsorum publicabo et credentias mihi impositas secrete tenebo, et enxenium aliquod ab aliqua persona de Brevio vel ejus districtu non recipiam, nec recipi permictam, nec ab aliquo forense coram me vel mea curia causam aliquam habente civilem vel criminalem, et non retinere nec servare aliquod quod esset acceptum meo mandato, et meorum Officialium; scilicet ipsum pignus acceptum assignare et assignari facere Camerario dicti Comunis infra secundam diem post acceptionem ipsius pignoris sub dicta poena, et juro quod de predictis finito meo officio reddam integram rationem coram Sindico qui me erit ad sindicandum et Comuni predicto et ipsi Comuni et specialibus personis solvere de meo salario me reperto culpabili aut meis Officialibus et Familiis ipsi Comuni poenas superius denarratas, et juro et jurando promicto quod ero contentus pro me et meos Officiales et Familiam salario mihi ~~[illegible]~~ concesso et ordinato per hoc Statutum, et ultra non petam nec recipiam nec arma dicti Comunis coronam vel aliam rem bandieram vexillum vel aliquid aliud simile peti nec recipi faciam vel permictam per me vel aliam personam occasione alicujus Officii mihi vel alicui de mea Familia concessi nec per modum qui dici vel excogitari possit, et non permictam quod proponatur et si esset deliberatum illud non acceptabo, quod si contra fecerim promicto solvere Camerario Comunis Brevii X libras

denariorum cortej et nihilominus depingatur in palatio dicti Communis pro infami et malo homine et Camerarium Communis Trevii qui pro tempore fuerit quod teneatur executioni mandare sub poena XXV librarum denariorum, et quod donatio data et concessa non valeat ipso jure, et Consiliarius qui contra hoc capitulum consuleret vel arrengaret in centum libris denariorum Communi Trevii condemnabitur, et juro et promitto esse continue in Trevio et ejus districtu cum Officialibus meis ad dictum officium operandum, et dimittam aliquem pro Vicario loco mei nec me absentabo sine licentia dominorum Priorum, et utilibus et sanius Consilium, quod cognovero dabo pro ipso Communi Specialibus personis et furtum non committam de pecunia dicti Communis, si vero commisero infra tertiam diem revelabo in Consilio generali, et illud furtum in duplum restituam et restitui faciam cum effectu, et officium XVIII bonorum hominum electorum per dictum Commune ad bonum Statum dictae terrae presentium et futurorum, et omnia ordinamenta Statuta, et reformationes per ipsos facta et facienda manutenere, defendere, observare, et augere juxta meum posse curabo et non patiar directe vel indirecte quod eorum vel alicujus ipsorum officium jurisdictio vel balia in aliquo ledatur vel diminuatur, vel debilitetur, et si contrafecero centum libras denariorum nomine poenae vel alias poenas ordinatas dicto Communi Trevii persolvam, et ero fidelis et devotus Sanctae Romanae Ecclesiae observabo enim prius omnia Statuta, reformationes et ordinamenta Communis Trevii ubi loquuntur, et si esset aliquis casus ubi non loquerentur observabo constitutiones Sanctae Matris Ecclesiae in provintia ducatus vigentes, alias observabo jus Commune loquens in casu omisso a Statutis et constitutionibus antedictis, faciamque in palatio meo

residentiæ arma mea depingi, alias solvam X libras denariorum de meo salario Communi predicto.

De juramento Judicis
R.o 22

Statuimus et ordinamus quod Judex qui erit cum Potestate in Concilio generali dictæ terræ Trevii infra octo dies juret corporaliter ad Sancta Dei Evangelia tacto libro ac etiam promictat illi personæ qui computabit sacramentum eidem in hunc modum. Ego Judex Communis Trevii juro ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacto libro ac etiam promicto tibi qui mihi computas sacramentum stipulanti et recipienti vice et nomine dicti Communis Trevii, et specialium personarum, facere et exercere officium judicatus in terra Trevii et districtu ejus bona fide, et cognoscere et diffinire de omnibus litibus et controversiis postitis et ponendis coram me tam in civilibus quam in criminalibus Communis, et in ipsis promuntiare secundum formam statutorum Communis Trevii, et ubi statuta non loquerentur secundum constitutiones provintiales, et ubi dictæ constitutiones non loquerentur secundam jus Commune. Item juro servare statuta Communis et ordinamenta facta et facienda, et non dimittere jus Communis nec specialium personarum pro aliquo dono vel xenio, et donum vel xenium non recipiam ab aliqua persona, et stabo contentus meo salario a Potestate mihi promisso, et super causis civilibus infra quinquaginta dies post litem contestatam sententiam dabo nisi justum steterit impedimentum vel de partium voluntate, et credentias mihi impositas et imponendas tenebo, et utilius, et sanius consilium quod cognovero pro Communi dabo ac etiam specialibus personis, et nullam fraudem commictam de ære Communis et non advocabo nec patrocinium aliquod dabo nec prestabo alicui contra Commune Trevii, et quod horis congruis mane et sero sedebo ad bancum

juris ad jus reddendum in palatio dicti Communis ad petitionem cu
juscumque petentis, et si contra aliquod predictorum faciam
XXV libras denariorum Cortis Camerario Communis Trevii da
bo in utilitatem dicti Communis convertendas, et non me ab
sentabo a terra Trevii et districtu ejusdem aliquo colore que
sito sine licentia dominorum Priorum, et si contra faciam
vice qualibet Camerario dicti Communis pro dicto Communi Tre
vii recipienti XXV libras denariorum persolvam, et juro ma
nutenere, defendere, et augere juxta posse meum officium XII
bonorum hominum electorum et deputatorum ad bonum statum
terre Trevii, et ordinamenta statuta, et reformationes per ipsos
factas et faciendas observare et non pati quod eorum officium
jurisdictio et balia presentium et futurorum in aliquo leda
tur tollatur et debilitetur, et si contra fecero centum libras denario
rum pro qualibet vice Camerario Communis Trevii pro ipso Co
muni recipienti persolvam et ero fidelis Sancte Romane Eccle
sie, et omnia statuta et ordinamenta Communis Trevii servabo que justa
et equa fuerint et non obviantia ecclesiastice libertati, et si
esset aliquis casus de quo dicta statuta mentionem non facerent
constitutiones servabo provinciales et de quo constitutiones pre
dicte non loquerentur jus Commune servabo.

De juramento Notariorum Potestatis

R.o 23

Statuimus et ordinamus quod miles et Notarii Communis Trevii qui
erunt cum Potestate in Consilio supradicto generali juret in hac
forma. Ego talis Notarius Communis Trevii juro ad Sancta Dei Evan
gelia tacto libro ac tibi qui mihi computas sacramentum stipulanti
et recipienti vice et nomine dicti Communis ac specialium persona
rum promicto bona fide sine fraude recte scribere et recte
legere omnes scripturas ad dictum Officium mihi deputandum,

et dicta testium recte scribam et nemini revelabo donec fuerint publicata, et sententiam recte scribam et legam, et nihil pro scripturis primis vel servandis recipiam a communi vel speciali persona. Et credentias mihi impositas et imponendas tenebo et utile consilium dabo pro communi et ero contentus salario mihi a Potestate promisso et non recipiam aliquod ensenium ab aliqua persona, et stabo continue ad bancum horis debitis cum Judice vel Potestate ad scribendum scripturas ad hoc officium pertinentes et servabo omnia et singula statuta communis Trevii et ordinamenta facta et facienda et furtum de bonis communis vel specialium personarum non committam. Nec non juro et promicto in publicam formam extrahere omnes scripturas necessarias pro communi que mea manu apparerent vel precessoris totiens quotiens fuero requisitus pro communi predicto sine pretio aliquo vel mercede, et etiam statuta et reformationes dicti communis absque aliquo salario vel mercede, et si in aliquo contrafaciam X libras denariorum currentium dabo Camerario communis Trevii pro ipso communi recipienti, et omnia et singula in dicto capitulo contenta effectualiter observabo sub dicta poena, non me absentabo a terra Trevii et districtu ejus aliquo colore quesito sine licentia dominorum Priorum, et si contrafaciam vice qualibet Camerario dicti communis libras XXV denariorum persolvam.

De electione Sindici

R.^o 24.

Statuimus et ordinamus quod in electione Sindicorum forensium ad sindicandum Potestatem et suos Offitiales et famulos talis in posterum ordo debeat observari, videlicet quod ante finem officii cujuslibet Potestatis saltim per octo dies ad minus Priores terre Trevii qui pro tempore fuerint teneantur congregari facere

consilium XVIII et in ipso facere eligi ad brevia sex homines,
videlicet duos per terzeriam et primi duo quibus brevia obvenerint
eligant duos de terzeria Castri, secundi vero eligant de terzaria Me-
tudie, alii de terzaria Plani, qui sex homines sic electi statim
ipsis electis venire cogantur coram Prioribus et coram eis jurent
ad Sancta Dei Evangelia eligere bona fide, et sine fraude tres
Iudices de aliqua terra seu aliquibus terris distantibus a terra Bre-
vii saltim per septem miliaria, videlicet primum, secundum, et
tertium in Sindicos ad Sindicandum Potestatem, et suos Offi-
ciales et Familiam, et statim ipsis electis et nominatis prio-
res dictae terrae mittant litteras dicto Iudici primo electo ex
parte Comunis per quemdam nuntium quem voluerint quod pla-
ceat sibi venire ad servitia dicti Comunis Brevii per quinque
vel sex dies cum salario infrascripto videlicet XL solidos dena-
riorum pro quolibet die quo steterit diebus accessus et reditus com-
putatis, et si primus Officialium officium acceptabit sindicatus
aliorum electio evanescat, et si renuntiaret mittatur secundo
ex forma qua supra, et si non acceptaret mittatur pro
tertio, et si nullus acceptaret cogantur dicti electores alios tres
eligere ita quod unus omnino habeatur qui venire debeat ad ter-
ram Brevii una die ante initium sindicatus. Qui sindicus fi-
nito sindicatu Potestatis stare debeat ad sindicatum si videbitur
Prioribus et XVIII una die ad reddendum rationem sui Officii
coram sindico per dictos Priores et XVIII deputando, et eligantur
et eligi debeant dicti sex homines ut supra dictum est, et iidem
eligant unum Notarium de Brevio qui sit sindicus Comunis ad
dandum petitionem generalem contra dictum Potestatem, suos
Officiales et Familiam et unum alium Notarium qui scribat scri-
pturas in dicto sindicatu occurrentes cum salario infrascripto vi-
delicet Iudex Sindicus forensis habeat et habere debeat XL solidos

denariorum die qualibet qua steterit diebus accessus et reditus compu-
tatis et Sindicus terrigena habeat et habere debeat de pecunia dicti
Comunis pro suo salario sindicatus predicti XX solidos denariorum,
et Notarius habeat et habere debeat pro dicto suo Officio et labore
in totum XXX solidos denariorum, quas pecunie quantitates eis-
dem Camerarius Comunis Crevii solvere teneatur et debeat, et non
possit esse vel eligi ad sindicandum aliquem Potestatem vel aliquos
Officiales forenses aliquis Officiales qui tunc esset ad aliquod officium
in terra Crevii in poena tam eliganti quam acceptanti L.ta librarum
denariorum Comuni Crevii applicandorum, et nihilominus electio
et quod fieret non valeat nec teneat ipso jure, et si Priores in
predictis vel aliquo predictorum essent negligentes vel predicta non
fecerint observari ipso facto poena XXV librarum denariorum
incurrant quam proximus futurus Potestas exigere teneatur
sub poena L.ta librarum denariorum et prestiti juramenti et eadem
forma et modus servetur in electione Sindici ad sindicandum No-
tarium reformationum et damnorum datorum, salvo quod non va-
leat esse Judex, et habeat pro suo salario XXV solidos denario-
rum pro qualibet die qua steterit ad sindicandum secundum
formam sue electionis, et dictus Sindicus Crebanus dare debeat peti-
tionem contra Potestatem ejusque Officiales et famulos et alios Officiales con-
tra quos fuerit electus sub poena XXV librarum denariorum pro qualibet
et qualibet vice, et predicta omnia etiam Potestas observari facere
teneatur sub poena L.ta librarum denariorum. Qui Sindici Forenses
teneantur et debeant sindicare secundum formam statuti et etiam
ex eorum officio procedere et inquirere contra ipsos, et quemlibet
ipsorum tam de contentis in petitione contra ipsos oblata quam
aliis obmissis et neglectis vel ~~ex~~ commissis et repertos culpabiles puni-
re et condemnare secundum formam Statutorum ubi Statuta
loquuntur, et ubi Statuta non loquerentur secundum constitutiones ~~secundum~~

alias si non loquerentur constitutiones secundum jura communia et da=
ta petitione seu libello contra Potestatem officiales vel famulos vel Officiales fo=
renses retrahi detrahi vel assumi vel reassumi non possit; scilicet et super
omnia procedi ad condemnationem vel absolutionem ut juris fuerit,
et teneantur et debeant Potestas suique Officiales et famuli, et
alii Officiales forenses stare in terra Trevii personaliter ad Sindica=
tum coram Sindico sic eligendo toto tempore eorum Sindicatus, et in=
de non discedere et super petitionem et libellum que vel qui por=
rigeretur contra ipsos vel aliquem ipsorum lis contestaretur et de
calumnia juraretur, et in judicio procederetur contra ipsos Offi=
ciales et quemlibet ipsorum omni juris solemnitate obmissa et
summarie de plano sine strepitu et figura judicii, et non obstan=
tibus petitionibus teneatur et debeat dictus Sindicus examinare con=
tra dictum Potestatem alios Officiales et familiam, et alios Offi=
ciales forenses super petitione et inquisitione generali illos testes
qui eidem dabuntur vel assignabuntur per Priores Communis Trevii
vel per Sindicum dicti Communis, quos testes dicti Priores vel Sindicus dare
et assignare teneantur et debeant sub poena XXV librarum denario=
rum pro quolibet, et si dictus Sindicus in predictis vel aliquo predicto=
rum fuerit negligens vel remissus poenas in statutis Communis Trevii
contentas incurrat, possit etiam et debeat alios testes quam sibi per
Priores vel Sindicum assignatos examinare prout sibi utilius vide=
bitur pro Communi, et possit dictus Sindicus et alii Sindici electi ad
Sindicandum Notarium reformationum Communis, et quilibet ipsorum
in dictis Sindicatibus et quolibet eorum procedere summarie omni=
bus juris, et judiciorum solemnitatibus ordine et substantialitatibus
obmissis et omni tempore feriato et non feriato et ita summarie proce=
datur quod infra sex dies prefatus Potestas et dicti Officiales con=
demnentur vel absolvantur alias elapso dicto termino ipso facto
sint absoluti, et ea que fecerint valeant et teneant pleno jure

et si contrafecerit et non observaverit in omnia et singula supra et infrascripta incurrat poenas in statutis contentas et Comune indemne conservare teneatur, et super petitionibus in cassecto quod esse debet in loco Fratrum Minorum repertis et reperiendis dictus Sindicus procedere teneatur et debeat et veritatem investigare, et repertos culpabiles debita poena punire et condemnare di Comuni Trevii applicandorum, et nulla Persona de Trevio vel ejus districtu cujuscumque conditionis existat audeat vel presumat dare vel prestare auxilium vel favorem publice vel occulte nec aliquo quesito colore Potestati vel alicui suo Offitiali vel famulo vel alicui Officiali dicti Comunis tempore sindicatus in dannum vel prejudicium Comunis Trevii vel specialium personarum, et qui contrafecerit in L.ta libris denariorum Comuni Trevii summarie et de plano, et de facto per Potestatem dicti Comunis condemnetur et stetur sacramento accusatoris cum probatione legitime facta et teneatur in credentia, cujus poene medietas sit Comunis et altera accusatoris, et nullus de Trevio vel districtu possit nec debeat facere aliquam procurationem vel advocationem pro aliquo qui fuerit vel fuisset Officialis dicti Comunis tempore sindicatus sui poena L.ta libris denariorum Comuni Trevii applicandorum et Potestas infra octo dies proxime subsequentes post introitum sui Officii vel reginimis teneatur de predictis inquirere, et repertos culpabiles punire et condemnare sub poena centum librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum, et quod Potestas et sui Officiales et Famuli, et alii Officiales dicti Comunis tempore ipsorum et cujuslibet eorum sindicatus possint citari ad hospitium sive domum ubi morantur in terra Trevii sive ad palatium ad petitionem et voluntatem dicti sindici et specialium personarum, et dicte citationes facte valeant et teneant pleniore non obstante quod juris ordo fuerit in aliquo pretermissus

De Sindicatu Potestatis et aliorum Officialium

R.o 25.

Statuimus et ordinamus quod Potestas Comunis Trevii et ejus Officia-
les et Famuli et Camerarius et Notarius reformationum Comunis
Trevii teneantur et debeant finito tempore eorum Officii stare
et morari in terra Trevii tribus diebus continuis personaliter
ad reddendum rationem coram Sindico seu ratiocinatore eli-
gendo per Comune Trevii vel concilium vel Priores vel alios Of-
ficiales dicti Comunis de eligendo jurisditionem habentes de admi-
nistratione eorum officii tam Comuni quam specialibus personis
de omni eo quod ab eis vel aliquo ipsorum peteretur ratione
ipsorum Officii et teneatur Potestas pro se, et suis Officialibus et
Famulis et dare debeat ydoneos fidejussores de solvendo totum id
in quo erit ipse vel aliquis ipsorum condemnatus, et durantibus
dictis tribus diebus non debeant sec comedere cum aliquo Trebano
intus vel extra hospitium ubi dictus Potestas et sui Officiales
hospitati fuerint, et si infra dictos tres dies petitio data non
fuerit per specialem personam quod elapsis dictis tribus die-
bus absolvatur vel condemnetur, et si aliqua petitio dabitur
sibi vel alicui ipsorum infra sex dies computatis dictis tribus
diebus ipse Potestas cum tota Familia sua, et Officiales pre-
dicti per ipsum tempus sex dierum stare debeant ad Sindicatum
et solvere si fuerint condamnati, et si ipse Potestas fuerit
inventus vel ejus Officiales vel Famuli aut aliquis dictorum Offi-
cialium quod furtum vel baractariam commiserint vel com-
miserit seu fecerint vel fecerit vel aliquid acceperint ultra
Salarium teneantur duplum restituere illius quod acceperint,
et quando contigerit ipsos vel ipsorum aliquem ire coram dicto Sin-
dico ire ad reddendum rationem administrationis ipsorum Officii
et nullus de Trevio vel districtu audeat ipsos vel ipsorum aliquem

associare ad poenam XXV librarum denariorum in quibus per Potestatem qui erit pro tempore contrafaciens quilibet debeat condemnari Communi predicto, et non possit proponere vel proponi facere in Consilio vel arrenga contra predicta. ad poenam XXV librarum denariorum in quibus qui contrafecerit in aliquo casuum predictorum per Potestatem qui pro tempore fuerit Comuni Trevisi condemnetur, et si quis Consiliarius seu Prior vel aliqua alia persona consuleret vel arrengaret quod ipse Potestas vel aliquis dictorum Officialium absolveretur de his de quibus fuerint condemnati vel quod eis vel alicui ipsorum licentia concederetur ante tempus quo stare deberent ad Sindicatum predictum in centum libris denariorum per dominum Potestatem qui pro tempore erit Comuni Trevisi condemnetur, et si Sindicus qui erit ad Sindicandum per dictos Officiales aut aliquem ipsorum fuerit negligens vel remissus aut dolum vel fraudem in condemnando vel absolvendo ipsos Officiales facientes contra statuta vel ordinamenta dicti Communis commiserit omictendo faciendo vel faciendo non faciendo in L^ta libris denariorum per Potestatem dicti Communis ~~quo~~ qui pro tempore fuerit condemnetur et ad damnum et interesse dicti Communis, et quilibet possit eum accusare et habeat medietatem banni, et quod Potestas qui pro tempore fuerit debeat procedere super his ad petitionem cujuscumque petentis poena centum librarum denariorum de suo salario Communi Trevisi applicandorum. Volumus etiam et presenti statuto firmamus quod si Potestas vel aliquis ejus Officialis vel Famulus ipsius absentaverit se a terra Trevisi tempore Sindicatus ipsorum quod centum libre denariorum que debent remanere penes Camerarium de salario ipsius Potestatis non possint peti vel haberi scilicet dicte centum libre denariorum remaneant in Communi. Nihilominus volumus et presenti statuto firmamus quod pro quolibet die quo ipse

vel aliquis ipsorum, vel aliquis Officialis ipsius Comunis se absentaverit tempore sindicatus ipsorum a terra Trevii in X libris denariorum per ipsum sindicum Comuni Trevii debeat condemnari, et ad proban- dum dictam absentiam sufficiat dictum unius testis testificantis de visu vel dictum et testificatio trium testium testificantium de pu- blica voce et fama, vel quod dictus Officialis vel Famulus non comparuerit in termino assignato in citatione vel precepto co- ram Sindico qui esset ad sindicandum Potestatem ejusque Offitia- les et Famulos. — — —

De electione Cancellarii R.o 26.

Statuimus et ordinamus quod quando contigerit aliquem Cancella- rium eligi in Comuni Trevii quod in electione Cancellarii te- netur, et servari debeat in omnibus et per omnia modus et for- ma que servatur et tractatur in electione Potestatis terre Tre- vii, de qua electione rogatus esse debeat Notarius Camere Co- munis Trevii, et habere debeat ab ipso Cancellario qui acce- ptabit pro suo labore florenum unum ad minus. Qui Cancella- rius sic electus teneatur et debeat in termino unius diei a die electionis sibi presentate acceptare vel renunptiare et ejus ac- ceptationem vel renunptiationem per litteras dicto Comuni noti- ficare et introitus ejus officii in manibus Dominorum Priorum ante- positorum terre Trevii jurare debeat ad Sancta Dei Evangelia cor- poraliter manu tactis scripturis officium ejus Cancellariatus bene juste legaliter et sine fraude vel machinatione aliqua durante ejus tempore facere et exercere et secreta sibi imposi- ta in perpetuum perpetuo tenere et ad tempus per tempora similiter tenere dummodo non essent contra statum Romane Ecclesie et popularem statum terre Trevii, et introitu dicti sui Officii teneatur et debeat dare idoneos et sufficientes et bo- nos fidejussores usque in quantitatem ducentarum Librarum de-

nariorum

et omnes et singulos introitus et exitus dicti Comunis perventos ad manus Camerarii Comunis predicti qui pro tempore fuerit scilicet unusquisque Camerarius per se bene legaliter et sollicite particulariter et distincte sine fraude autentice scribere poena librarum centum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum totiens quotiens esset contrafactum, et nullus alius Notarius de dicta terra Trevii seu aliunde possit seu debeat ipsos introitus et exitus scribere nisi ipse Cancellarius Comunis qui pro tempore fuerit, salvo et reservato si in casu sive casibus expresse evidentissime necessitatis per dominos Priores et XVIII terre Trevii in ipsis casibus esset aliter reformatum, et si aliter fieret vel scriberetur nisi pro ut supra dictum est non valeat ipso jure nec dictis scripturis fides aliqua adhibeatur et scribenti alias in poenam superius declaratam incidat ipso facto: de qua poena tertia pars sit Potestatis Comunis Trevii qui ipsam cum effectu exigerit et in Comuni Trevii devenire fecerit residuum vero Comuni Trevii applicetur, et in similem et eandem poenam incidat Camerarius si aliter quam supradictum est in suis libris describi permitteret, et teneatur dictus Cancellarius omnes propositas, et reformationes proponendas et faciendas in Concilio XVIII in Concilio generali et speciali majoris extimationis vel aliorum hominum autentice scribere in quodam libro reformationum publicando et ordinando per manus ipsius Cancellarii prout moris est et non per alium nisi in casu sive casibus expresse necessitatis esset per Concilium XVIII aliter reformatum constitutum et ordinatum ad poenam et sub poena suprascripta, et omnes scripture que fierent per ipsum Cancellarium tam ad petitionem Comunis et Camerarii, quam etiam specialium personarum spectantium et pertinentium ad dictum librum reformationum, sive introitus et exitus Camerarii

sine aliquo ~~[illegible]~~ pretio sub dicta poena describere teneatur
nec valeat vel possit de secundis scripturis speciali persone vel per
nis petenti vel petentibus sibi solvi facere quoquo scilicet suo sala
rio stare debeat tacitus et contentus. De scripturis vero Comun
spectantibus vel pertinentibus nullatenus nec ullo in modo aliqu
pretium habere possit nec valeat nisi solummodo ejus sala
rium sibi deputatum sub poena suprascripta. Volumus etia
quod dictus Cancellarius secum ducat et ducere teneatur et
toto ejus tempore durante in dicto ejus officio Cancellariat
continue die noctuque suis sumptibus et expensis tenere
unum bonum et expertum Notarium ad custodiam diurnam et
nocturnam dicte terre Trevi qui etiam teneatur et debeat
exercere officium damnorum datorum laboreriorum cavati
narum fontium, et aliorum exercitiorum Comunis tam de ju
re quam de consuetudine, et omnes delinquentes punire
et condemnare secundum formam statutorum et ordina
mentorum dicte terre Trevi de tali materia disponentium
et loquentium et teneatur et debeat in qualibet hebdomada
durante ejus tempore semel ad minus ire ad videndum ri
pas omnium Fluminum dicti Comunis et fontes et Pontes,
et si invenerit eos in aliquo devastatos seu lesos facere reapt
ri ad poenam X librarum denariorum pro qualibet vice qu
contrafecerit in non eundo et non refici faciendo dicto Comu
ni applicandorum ~~[illegible]~~ de quibus precise debeat per Sindicum
dicti Comunis tempore sui sindicatus sindicari, et similite
dictus Cancellarius teneatur et debeat habere et tenere du
rante ejus Officio unum Famulum aptum ad arma portandum
et cum dicto Notario circum circa eundem si et in quantum
dicto Comuni Trevis placuerit et videbitur, et habeat et
habere debeat dictus Cancellarius pro se et sua Familia de

pecunia et ere dicti Comunis pro suo salario Semestri, et pro suo adventu
reditu et tempore sui Sindicatus illud Salarium quod per Comune
Trevii erit Statutum, ordinatum, et deliberatum, quod Salarium et
Familia retinenda semper in electione ejus describantur et plus pe-
tere non possit nec valeat quoquo vel aliquo alio quesito colore
sub poena et ad poenam librarum X denariorum Comuni Trevii
applicandorum si per ipsum Cancellarium esset aliter contrafactum,
et habeat et habere debeat cartam, ceram, oleum et candelas
pro Comuni et custodia terre Trevii ultra predicta si per Consi-
lium XVIII esset sic deliberatum et aliter non, et finito ejus
officio de gestis et administratis per eum suumque Officialem et
Famulum ad Sindicatum coram Sindico eligendo per Priores et
XVIII qui tunc in officio residebunt per tres dies stare tenea-
tur et non possit nec valeat dictus Cancellarius ejusque Nota-
rius et Famulus accipere durante eorum officio ab aliqua perso-
na terrigena vel comitativa aliquod ensenium neque bibere vel
comedere cum ipsis sub poena et ad poenam librarum X denario-
rum pro quolibet et qualibet vice qua esset contrafactum nisi in-
terdum pro officio Notarii per eum exercendo in Comitatu quod
eo casu sine poena et banno comedere et bibere valeat honeste
in casu refrigerii sui, et antequam de dicta terra discedat refuta-
tionem facere dicto Comuni Trevii teneatur per publicum instru-
mentum rogandum per alium Cancellarium subsequentem vel per
alium Notarium dicte terre Trevii, et omnes scripturas per eum,
et per Notarium ejus factas tam Comuni spectantes quam aliis spe-
cialibus personis sine aliqua contradictione, et sine aliquo pretio
libere relassare sub poena suprascripta, et durante tempore sui
officii non possit scribere neque ponere ad exitum dicti
Comunis in libris aliquam pecunie quantitatem preter et contra

formam Statutorum dicti Comunis, et si aliter fieret non valeat ipso jure, ac etiam teneatur et debeat durante dicto ejus Officio habere librum unum in bona et evidenti forma cartarum bombicinarum et in eo describere teneatur omnes homines et personas custodiam diurnam et nocturnam facientes, et cogere teneatur omnes Capitaneos contratarum terre Trevii, et ejus districtus cum juramento ad sibi dari faciendum omnes masculos a XVIII annis supra ascendentes et ipsos in libro dicte custodie describere teneatur et ipsis custodiam fieri facere sub poena, et ad poenam librarum X denariorum Comuni Trevii applicandorum qualibet vice qua fuerit negligens in predictis, et nullus de dicto libro cassari valeat vel possit absque licentia Concilii Comunis Trevii, nisi esset a statuto permissum sub dicta poena, et teneatur et debeat in principio sui Officii post introitum ejus infra unum mensem renovare omnes et singulos capudicinos terre Trevii et quemcumque ei pro dicto Comuni videbitur utilius convenire et predicta observare teneatur poena librarum XXV denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum et quod majores XVIII annis scribi faciat in libro capudicinorum Comunis Trevii post bannimentum faciendum de predictis ad poenam et sub poena librarum duarum denariorum, et Notarius dicti Cancellarii de predictis solemnem inquisitionem facere teneatur sub poena librarum X denariorum et repertos culpabiles punire sine strepitu et figura Judicii

De electione Bajulorum N.o 27.

Statuimus et ordinamus quod Bajuli Comunis Trevii sint et esse debeant numero sex, scilicet quatuor pro Potestate et duo pro [illegible] tario dannorum datorum et reformationum qui fiant et fieri debeant hoc modo; scilicet quod Potestas Comunis Trevii qui pro

tempore fuerit teneatur et debeat sub vinculo juramenti infra XV dies post introitum sui Officii facere publice bandiri per preconis Comunis Trevi quod quicumque de Trevio velit esse bajulus Comunis Trevi et officium bajulatus in Trevio et ejus Districtu exercere veniat coram ipso domino Potestate et faciat se scribi cum salario inferius denotato, et si aliquis non comparuerit ad dictum officium bajulatus exercendum et acceptandum quod per Conciliarios speciales cum salario infrascripto eligantur, et quod quicumque comparuerit vel electus fuerit ad dictum officium bajulatus exercendum teneatur et debeat dare bonos, et idoneos fidejussores de administratione sui Officii qui non sit de nobilibus sive de capitaneis ac etiam de tubatoribus nec etiam de ipsis bajulis, qui et quilibet ipsorum promictant dictum eorum officium bona fide et sine fraude exercere, et omnia pignora que ad ipsorum manus pervenerint conservare et assignare illi vel illis personis quibus fuissent accepta, et quod promissorem vel fidejussorem eorundem Notarius Potestatis, et reformationum qui pro tempore fuerit teneantur et debeant in actis publicis dicti Comunis scribere ita et taliter quod semper publice in Comuni possit perveniri poena XXV librarum denariorum, et sub vinculo prestiti juramenti, et quod si aliquis predictorum contradixerit supradicta pignora per ipsos bajulos accepta illi vel illis personis quibus accepta fuerint, quod Potestas qui pro tempore fuerit teneatur et debeat vinculo juramenti et poene centum librarum denariorum de suo salario, que in Comuni deveniant summarie, et de facto cogere ipsos bajulos et fidejussores eorum ad restitutionem dictorum pignorum, de quibus pignoribus et acceptatione stetur sacramento illius vel illorum cui vel quibus accepta fuerint dicta pignora, et quod dicti bajuli et quilibet ipsorum habeat et habere debeat de pecunia et ere dicti Comunis XVIII libras denariorum

pro eorum salario pro uno anno proxime futuro incipiendo in Kalen
dis Mensis Januarii et finiendo ut sequitur in aliis Kalendis Januarii
proxime subsequentibus; videlicet pro quolibet anno, et pro quolibet
mense et numerus XXX solidorum denariorum et plus pro ut in consi
lio XVIII fuerit ordinatum, et quod Camerarius qui pro tempore
fuerit teneatur et debeat singulis mensibus dare et solvere dictis
bajulis ipsorum salarium et mercedem ad petitionem ipsorum baju
rum vel alius ipsorum poena X librarum denariorum de suo salario
Communi Trevii applicandorum, et Potestas Communis Trevii qui pro
tempore fuerit teneatur et debeat dari facere de pecunia Communis
Trevii ipsis bajulis et cuilibet ipsorum supradictum salarium sum
marie sine aliqua deliberatione vel auctoritate Concilii nullo
statuto et ordinamento obstante. Quibus bajulis et cuilibet ipso
rum satisfiat pro eorum salario a specialibus personis scilicet per
totam contratam Castri et Pladie pro citatione duos denarios
pro tenuta in dictis locis quatuor denarios, ad Burgum in pede Trevii
pro citatione quatuor denarios, pro tenuta sex denarios, ad Mancianum
et ad Tergnolanem et in plano Trevii pro citatione sex denarios
pro tenuta octo denarios et in Bovaria, et ad Sanctum Donatum
de colle pro citatione quatuor denarios et pro tenuta octo denarios
et si ultra unum hominem citaverit Bajulus habeat pro qualibet
persona duos denarios, et hoc intelligatur extra Castrum vel Pla
diam, et Potestas Judex vel Notarius vel Vicarius Communis vel
aliquis ipsorum non possit nec debeat concedere ipsi bajulo ultra
dictum salarium, et si contra fecerint dicti bajuli vel aliquis
ipsorum solvant nomine poenae V solidos denarios. Volumus etiam
quod si ipse bajulus poterit probare per unum testem bonae condi
tionis et famae quod ipsum pignus restituerit Camerario Commu
~~Trevii~~ Trevii quod ad restitutionem ipsius pignoris minime te
neatur

vel quod restituere voluerit ipsum pignus illi cui acceptum fuerit,
et per eum non steterit et postea sine sui culpa pignus perdiderit,
et quod si infra tempus regiminis Rectoris vel Officialis cujus mandato
pignus acceptum fuerit vel post finem regiminis infra XV dies
ipsum pignus ille cui acceptum fuerit non recolligerit aut non
repetierit quod a dicto termino in antea ipse bajulus ad restitutio=
nem dicti pignoris nullatenus teneatur, quod capitulum bandiatur
ad hoc ut nemini pretendat ignorantia; et volumus quod ipsi Consi=
liarii XX Speciales eligant Bajulum de sua Terzaria, et quod nullus
possit esse bajulus quod sit allibratus in libro Comunis Trevi XXX libra-
rum dummodo allibrata sint propria ejus, cujus allibrata sunt vel illorum
de quibus infra sit mentio sine dolo et quod sibi prosit libere suae
Uxoris et aliorum de domo sua dummodo quod simul habitent
ad unum ignem, et nullus ipsorum valeat pignorare pannos
de dorso sive de lecto poena solidorum XX denariorum pro quo=
libet et qualibet vice qua contrafactum fuerit, et nullus audeat
se parare dictis bajulis quando vellent pignorare aut pignora
accepta reaccipere in poena librarum XXV denariorum pro quo=
libet et qualibet vice et stetur Sacramento ejus. Preterea ad=
dimus quod bajuli et tubicines secundum qualitatem et conditio=
nem eorum officii teneantur facere omnes citationes ad requi=
sitionem Curie Potestatis et aliorum Officialium dicte terre in
omnibus et singulis causis maleficiorum damnorum datorum et
extraordinariorum et debitorum Comunis ubi tangit et habet in=
teresse dictum Comune quodcumque et qualitercumque sine ali=
quo pretio citando partes testes et faciendo precepta et alia pro
ut requisiti fuerint sub poena et ad poenam XX solidorum denario=
rum pro qualibet et qualibet vice qua facere recusaverit Comu=
ni Trevi applicandorum. Adjicientes etiam premissis volumus

quod Prefati Nunptii vel ipsorum aliis qui ex commissione al
cujus Superioris vel Potestatis vel Officialium aliorum Comunis
Trevii vel particularis Persone presentarent aliquas litteras, vel
citationes vel inhibitiones vel precepta vel cedulas alicui Trebar
adhuc ut notitia habeatur de contentis in eis debeant penes cita
tum monitum vel inhibitum ipsas litteras citationes inhibitio
nes, precepta vel cedulas dimitti et relassari ut possit copiam
assumere sub poena X librarum denariorum de facto exigendo
rum a dicto bajulo et Comuni Trevii applicandorum, et ille ta
qui receperit tales litteras ut supra infra unum diem debeat re
stituere bajulo sub poena unius ducati appliciandi Comuni
Trevii pro dimidia et pro alia parte habenti interesse, et
Potestas et quilibet ejus Officiales in tali casu in continenti pro
videant indemnitati partis patientis damnum, et habeat
quartam partem pene pro sua executione.

De electione Preconum R.o 28.

Statuimus et ordinamus quod electio tubatorum Comunis Trevii
fiat in Concilio majoris extimationis et XVIII et sicut factum
deliberatum fuerit in ipso Concilio valeat et teneat pleno jure tam
de electione ipsorum quam etiam de salario et vestimentis, et dicti
Tubatores qui electi fuerint teneantur et debeant facere omnia
et singula bannimenta in terra Trevii et ejus Districtu et ejus
et alias ipsorum erit impositum per dominum Potestatem ter
re Trevii ejusque Officiales vel per dominos Priores terre Tre
vii sine aliqua mercede vel aliquo alio salario sibi dando ultra
eorum salarium a dicto Comuni sibi deputatum. Et teneantur
et debeant ad petitionem dominorum Priorum ire in quamcum
que partem extra Districtum Trevii si erit necessarium et
opportunum tamen sumptibus Comunis, et si contigerit aliquam

eorum in Sindicum ad presentandum aliquam electionem Offi-
cialibus Comunis Trevii tunc et eo casu eorum sumptibus vadant
et si aliquod lucrum pervenerit ad manus ipsorum vel alicujus
eorum sit et esse debeat inter ipsos comune et quilibet teneatur
contribuisse in expensis quas fecerit ille qui iverit pro Officia-
libus predictis in tanta parte, et quod Priores qui erant pro
tempore possint mittere illum quem voluerint ex dictis pre-
conibus cum sindicatu predicto, et quod eorum citationes et rela-
tiones valeant et teneant sicut aliorum - - - - - dicti Co-
munis Trevii in civilibus et criminalibus debeant accipere
pro quolibet bannimento facto ad petitionem specialium per-
sonarum - - - - - - denariorum et non plus. In aliis vero
solutionibus servetur eis ille modus qui hactenus servatus extitit et si
tube Comunis penes eos vel eorum aliquem eorum culpa lederentur
vel devastarentur vel perderentur quod ille penes quem vel cujus
culpa talis casus acciderit teneatur et debeat ipsam tubam vel ipsas
tubas de suo proprio reficere reaptare et emendare quas tubas ipsi
et ipsorum quilibet diligenter custodiant, et hoc capitulum volumus
inviolabiliter observari, et quod nullus ipsorum valeat facere
custodiam nocturnam vel diurnam alicui persone pena solido-
rum XL denariorum, et Officiali custodie admictenti pena libra-
rum X denariorum.

De catastis Comunis Trevii

R.a 29.

Statuimus et ordinamus quod catasta et libri Comunis Trevii sint
et esse debeant in Camera Comunis Trevii penes Massarium
dicte Camere et quod ipse Massarius possit elevare et ponere cui-
libet vendenti et ementi terras dicti Catasti dummodo
quod non possit elevare de catasto alicujus qui fuerit suppositus

jurisdictioni ipsius Comunis et ponere illi qui non fuerit suppositus dicte jurisdictioni nec possit elevare terrigenas et ponere forensis nisi satis dederit de solvendo dativas. Qui Massarius habeat pro suo salario et labore a parte qualibet unum bologninum ac etiam pro qualibet petia terre, et quod possit reducere ad unum catastum illius qui haberet plura catasta, et concordare et revidere catastum cum libra et ad concordiam reducere, et quod ille qui emerit aliquam possessionem sive possessiones sive justo titulo acquisierit teneatur et debeat infra unum mensem post dictam emptionem sive acquisitionem ipsas possessiones sibi poni ~~[illegible]~~ facere in suo catasto poena centum solidorum denariorum Comuni Trevii applicandorum. Qui Massarius habita prius licentia a venditore sive viso instrumento sive titulo dicte emptionis vel acquisitionis aut habita alia legitima probatione possit et valeat ipsas possessiones in catasto dicti ostendentis et petentis ponere et scribere, et hoc bandiatur publice per terram Trevii infra octo dies post publicationem presentis statuti et quod si aliqua possessio reperiretur in Territorio terre Trevii que non esset accatastata in catasto Comunis Trevii quod per Massarium Camere dicti Comunis accatastetur et ponatur in catasto dicti Comunis secundum extimationem factam de terra, et possessione ~~[illegible]~~ posita ~~[illegible]~~ juxta ipsam possessionem accatastandam. Volumus etiam quod Potestas et Priores qui nunc sunt et pro tempore erunt infra octo dies post aperturam dicti Catasti teneantur et debeant sub virtute prestiti juramenti, et poena X librarum denariorum pro quolibet eligere et vocare quilibet in sua tersarica duos bonos et legales viros pro quolibet populo ipsius tersiarie qui assignent et assignare debeant poena XL solidorum denariorum pro quolibet et vinculo juramenti omnes et singulos ~~[illegible]~~

tenentes et possidentes bona et possessiones illius personæ de suo populo quæ absens fuerit vel etiam personaliter inveniri non possit, et dicti tales possidentes scribantur et registrentur per dictum Massarium prope eos in libris dicti talis absentis, quæ libra scribatur per ipsum Massarium ita et taliter quod dicti possidentes juxta eam comode scribi et assignari possint. Qui tales possidentes teneantur in dicto Comuni prædicta libra solvere omnes et singulas dativas impositas et imponendas pro dicto Comuni, et quod Potestas et Priores qui pro tempore fuerint teneantur et debeant prædicta facere observari videlicet Potestas poena L librarum denariorum et quilibet Prior poena X librarum denariorum. Nec non dicti duo homines teneantur et debeant assignare dicto Massario omnes et singulas terras et possessiones, quæ non essent allibratæ et accatastatæ in catasto dicti Comunis secundum veram et puram conscientiam eorum sub virtute præstiti juramenti et ipsas terras et possessiones ipse Massarius teneatur et debeat in dicto catasto ponere et accatastare ut dictum est supra.

Quod possessiones sint tributariæ Comunis Trevii

Ra 38.

Statuimus et ordinamus quod omnes et singulæ possessiones et omnia et singula bona immobilia sita seu posita in Districtu Trevii infra quecumque latera vel confines vel etiam in terra Trevii posita seu descripta in catasto Comunis Trevii et quæ in posterum describentur sint et esse intelligantur censuarie et tributarie dicto Comuni Tr. Trevii in omnibus et singulis dativis et collectis in posterum imponendis in dicto Comuni Trevii, et pro ipsis dativis et collectis imponendis sint et remaneant obnexi et obligati, et quod nulla persona possit dictas possessiones et terras alicui dare concedere vel obligare quin de ipsis dativis, dativæ et collectæ

impositę et in posterum imponendę solvantur in Comuni predicto alias danatio concessio alienatio legatum vel alius ~~titulo~~ titulus sit nullus ipso jure et ipso facto.

De possessionibus accatastandis

R.° 31

Statuimus et ordinamus quod Potestas terrę Trevii qui nunc est et qui pro tempore fuerit teneatur et debeat vinculo juramenti et poena 25 librarum denariorum de suo Salario Comuni Trevii applicandorum poni et describi facere in catasto et libro Comunis Trevii omnes homines et personas de Trevio vel districtu ejusdem et omnes et singulos forenses habitantes in terra Trevii vel districtu ejusdem seu qui habitaverint in dicta terra et Districtu a quinque annis citra et ipsorum et cujuslibet ipsorum possessiones et bona quę habent in catasto Trevii vel Districtus ejusdem allibrentur et accatastentur prout alii Trebani et dativas et collectas impositas et imponendas solvant ad petitionem domini Potestatis et ~~sue~~ Curię vel alterius cujuslibet Officialis vel executoris Comunis Trevii, et quicumque de Trevio vel ejus districtu non reperiretur accatastatus seu allibratus ipse vel pater vel avus ejus non possit habere aliquod officium in dicto Comuni Trevii nec ad aliquod officium dicti Comunis eligi vel assumi vel nominari, et si eligeretur assumeretur vel nominaretur ipsa electio assumptio vel nominatio non teneat ipso jure, et nihilominus tam ipse electus si officium acceptaret quoquomodo quod etiam in eligens sive electionem acceptaverit vel non poenam XXV librarum denariorum et quilibet ipsorum ipso facto incurrant, quas poenas Potestas qui pro tempore fuerit de facto exigi possit et in Comuni Trevii devenire faciat sub dicta poena.

Quod habentes possessiones juxta Forenses teneatur assignare R.ᵘ 32.

Statuimus et ordinamus quod Potestas terre Trevii qui pro tempore fuerit de mense Aprilis teneatur et debeat vinculo juramenti et pena L.ta Librarum denariorum de suo salario Comuni Trevi applicandorum facere bandiri in locis publicis et consuetis dicte terre et facere fieri per capitaneum omnium contratarum dicte terre in quo banno et annuntiis declararetur et banniatur ad hoc ut ignorantia aliqua non pretendatur quod quilibet persona de Trevio et ejus districtu habens terras et possidens in Districtu Trevii quacumque de causa juxta possessiones alicujus forensis, in quibus aliqui fructus existerent teneatur et debeat infra XV dies post dictum bannimentum assignare dicto domino Potestati vel suis Officialibus sub poena centum solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafecerit, et per Potestatem vel ejus Officiales elapso dicto termino debeat fieri inquisitio, et repertos culpabiles punire et condemnare in dicta quantitate sub pena L. librarum denariorum de suo Salario Comuni Trevii applicandorum ipsis possessionibus assignatis non repertis de ipsis fore solitum dativis hactenus per dictum Comune impositis cum penis debitis, quod Potestas qui pro tempore fuerit teneatur et debeat executionem predictarum dativarum facere de dictis possessionibus non repertis solutis quod si non fecerit de suo salario dicte dative penitus excomputentur per Camerarium dicti Comunis, et si dictus Camerarius solveret aliter de suo salario solvisse intelligatur et ad hoc ut dictus Camerarius ignorantiam non pretendat assignatis dictis possessionibus scribantur per Notarium dicti Camerarii expensis dicti Comunis et teneatur dare copiam dictarum possessionum assignatarum dicto domino Potestati in presentia dominorum Priorum dicte terre.

Quod Molendina ponantur in catasto Comunis
R.ᵃ 33.

Statuimus et ordinamus quod quicumque de Trevio vel forensis habuerit molendinum in totum vel in partem in Territorio vel districtu Trevii ponatur in catasto seu libra Comunis Trevii et si habuerit unum molendinum ponatur centum librarum denariorum, et qui non habuerit totum ponatur pro rata pro quibus teneatur solvere dativam Comuni predicto sicut de aliis rebus in predicto catasto accatastatis ut superius est expressum, et si aliquis ipsorum recusaverit, predicta omnia et singula facere habentium dicta molendina vel partem ipsorum, quod quilibet qui iverit ad macinandum ad dicta molendina, vel ad aliquod ipsorum teneatur et debeat pro quolibet et qualibet vice, et pro qualibet salma qua contra fecerit solvere Camerario Comunis Trevii pro ipso Comuni recipienti XL solidos denariorum, et cuilibet sit licitum accusare, et habeat tertiam partem banni, et credatur sacramento accusatoris cum uno teste de visu et teneatur in credentia, et Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit post aperturam dicti Statuti teneatur et debeat predicta omnia et singula facere fieri et observari sub virtute prestiti juramenti, et sub poena Lᵗᵃ librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum, et per sindicum dicti Comunis tempore sindicatus debeat sindicari specialiter sub virtute prestiti juramenti, et sub poena Lᵗᵃ librarum denariorum duntaxat exceptis molendinis Ecclesiasticarum personarum, et si quis iverit ad macinandum ad alia molendina extra territorium Trevii solvat poenam X librarum denariorum Comuni Trevii, et nihilominus multuram cottimajolis proventuum dicti Comunis molendinorum reddere compellatur, et quilibet possit accusare

et habeat tertiam partem [illegible] banni cum uno teste de
visu credatur sacramento accusatoris et teneatur in credentia
et Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur pre=
dicta observare et observari facere sub pena XXV librarum
denariorum Comuni Trevii applicandorum, et specialiter per
sindicum dicti Comunis tempore sui sindicatus debeat sindicari

De modo et Ordine ponendi Dativas Rº. 34

Statuimus et ordinamus quia decens est quod qui honores habent in oneribus contribuant quod dative in posterum imponende in terra Trevii vel in Comuni dicte terre imponantur et imponi debeant per libram et non per focum, et si aliter fieret non valeat ipso jure, et dicte dative habeantur pro impositis illo die quo Camerarius Comunis Trevii incipit officium suum etiamsi in aliquo Consilio non fuerint deliberate, quas quilibet solvere compellatur secundum formam statutorum Comunis Trevii statuto aliquo non obstante.

Quod dative habeantur imposite Rº. 35.

Statuimus et ordinamus quod quotiescumque apparuerit in numero centum vel quinquaginta hominum de Trevio vel ejus districtu tolerisse aliquam dativam sive dativas: dative tamen habeantur pro impositis et deliberatis in dicto Comuni et quilibet solvere teneatur infra terminum in statutis contentum, et locum habeat in presentibus et futuris auctoritate presentis statuti.

De modo exigendi dativas Rº. 36.

Statuimus et ordinamus quod quelibet persona de Trevio vel ejus districtu vel etiam aliunde que est vel in futurum erit allibrata seu accatastata in libro seu catasto Comunis Trevii pro bonis seu possessionibus ejus in territorio seu districtu Trevii in catasto seu libro dicti Comunis Trevii descriptis vel etiam

in libro focularium dicti Comunis quis reperiretur dativas vel collectas in dicto Comuni impositas non solvisse teneatur et debeat ipsas dativas sive collectas non solutas solvere Camerario Comunis Trevi pro ipso Comuni recipienti cum poenis incursis in ipsis dativis et quarter pluri de dictis dativis et poenis incursis sine diminutione, et si dicti allibrati seu accatastati vel in focularibus Comunis descripti, vel aliquis eorum esset mortuus, quod ad solutionem ipsarum teneantur successores eorum et cujuslibet ipsorum, et predicta non intelligantur, nec locum habeant nisi in allibratis seu accatastatis in predicto catasto seu libro nunc vigenti vel in focularibus nunc vigentibus, et volumus quod pro catasto veteri vel de dativis tempore dicti veteris catasti impositis nulla possit vel debeat exactio fieri seu inquietatio vel vexatio, et volumus et presenti lege firmamus quod pro solutione dativarum impositarum tempore presentis catasti sint et esse intelligantur obligate dicto Comuni Trevi tam possessiones et bona accatastata in dicto catasto descripta, quam alia bona ipsorum accatastatorum, et quod de et pro ipsis dativis exigendis teneantur et cogi possint possessores ipsorum bonorum, et etiam laboratores et coptimatores tam pro impositis, quam etiam pro imponendis non solutis dum ipsas vel ipsa laborabunt. Possint tamen dicti laboratores et quilibet ipsorum ipsas possessiones et bona tamdiu tenere, et fructare donec recuperaverint totum id quod solverint dicto Comuni pro dativis et collectis et poenis incursis, et non possint de dictis fructibus vel detentione ipsarum possessionum molestari vel inquietari ab aliqua persona usque quo eisdem laboratoribus erit integre satisfactum de omni eo quod solverint dicto Comuni vel postea quemcumque usque ad concurrentem quantitatem per eos vel aliquem ipsorum solutam, et volumus quod non solventes dativas

Comuni predicto solvere debentes non audiantur in aliquo eorum jure civiliter vel criminaliter et quod licitum sit unicuique da re damnum in eorum bonis et possessionibus personaliter, et cum bestiis sine poena et banno, et quod exceptio non solutarum dativarum opponi possit in quolibet judicio civili vel criminali dummodo declaret et exprimat collectam seu collectas quas dicit non solutas, et per quemcumque Officialem debeat admitti possint, tamen dicti malesolventes solvere, et solutione facta audiantur in eorum jure civiliter et criminaliter non tamen quod dantes damnum in eorum possessionibus possint puniri de damnis datis ante solutionem. Item volumus quod nulla persona audeat vel presumat colere vel laborare aliquam possessionem alicujus forensis sitam in districtu Crevii sine expressa licentia dominorum Potestatis, et Priorum terre Crevii, et nisi se primo scribi fecerit per Notarium reformationum Comunis in actis et libris dicti Comunis, et satis dederit legitime de solvendo omnes collectas impositas et imponendas in dicto Comuni Crevii pro tota libra dicti forensis, et quicumque aliter vel alio modo laboraverit aliquam possessionem alicujus forensis in districtu Crevii, ipso facto in poenam XXV librarum denariorum incurrat, et nihilominus dativas et collectas impositas et imponendas pro tota libra dicti forensis solvere teneatur, et Potestas terre Crevii qui nunc est, et pro tempore fuerit de predictis omnibus et singulis quolibet mense solemnem inquisitionem facere teneatur et super omnia examinare testes de qualibet balia districtus Crevii, et repertos culpabiles punire et poenas exigere et etiam collectas predictas non solutas exigere a quibuslibet solvere debentibus, et in Comuni Crevii cum effectu facere devenire sub virtute prestiti juramenti

et poena centum librarum denariorum de suo salario in qu=
libet, et pro quolibet capu quo in predictis vel aliquo predicto=
rum fuerit negligens vel remissus, et nihilominus et presenti
lege firmamus quod quotiescumque contigerit vel oportunam
fuerit dicto Comuni Trevii aliquam collectam vel dativam
impositam quecumque persona esset allibrata seu accatastata
in libro seu Catasto dicti Comunis terre Trevii debeat solvere
Camerario dicti Comunis pro ipso Comuni recipienti dictam da=
tivam vel dativas collectam vel collectas pro ut imposite fue=
rint vel fuerit infra XXX dies a die facti banntimente
de dicta dativa solvenda; et post dictam factam impositio=
nem sub poena quarti, ~~ante~~ in quam poenam quarti incurrat
ipso facto post dictum tempus XXX dierum decursum, et
Potestas qui pro tempore fuerit teneatur et debeat de pre=
dictis et quolibet predictorum facere executionem, et ad ma=
nus dicti Camerarii facere devenire, et ad introitus dicti
Comunis mitti facere sub poena suprascripta Comuni
Trevii applicanda ~~[illegible]~~, et habeat et habere debeat dictus
Potestas de omni eo, quod pervenire fecerit in Comuni occa=
sione executionis sue, de condemnationibus per eum factis
dumtaxat exceptis duos solidos denariorum per libras ab eo qui
solvere debebat dictas dativas et de bonis ejusdem, videlicet
solummodo de dativis veteribus impositis ante principium sui
Officii duos solidos per libram de condemnationibus veteribus duos
solidos per libram de damnis datis industria sue, vel suorum
Officialium inventis et factis quartam partem et non de
aliis rebus si alter acciperet quatruplum illi cui ~~accepe~~
rit solvere compellatur sui tempore sindicatus, et XXV.
librarum denariorum poene nomine in Comuni pro quolibet,
et qualibet vice de suo salario solvere condemnetur, et

hoc non intelligatur de illis dativis que solverentur infra dictum
terminum XXX dierum de quibus volumus ipsum Potestatem
aliquid non recipere vel habere, et teneatur dictus Potestas exi-
gere cum effectu omnes dativas preteritas et suo tempore impo-
sitas, et ad manus Camerarii dicti Comunis facere deveniri quod
si non fecerit in suo salario computentur et debeant computa-
ri, et volumus quod tempore sindicatus de predictis fiat solem-
nis investigatio per sindicum qui sindicabit ejusdem poena
sindico predicta facere obmictenti L^ta librarum denariorum
et ad hoc ut nullam possit Potestas de predictis executionem (excusationem)
pretendere teneatur et debeat quilibet Notarius Camere in-
fra X dies post lapsum temporis dictorum XXX dierum pre-
fixorum ad solvendum dativas dare et assignare in publicam
formam dicto domino Potestati extractum omnium et sin-
gulorum non solventium dativarum infra terminum XXX dierum
sub poena XXV librarum denariorum dicto Notario in
quam poenam incurrat ipso facto sine aliqua condemnatione
et exigi possit et debeat per dictum dominum Potestatem, et
nihilominus dictus dominus Potestas statim dictis X diebus ela-
psis dictum Notarium personaliter et realiter cogere tenea-
tur ad dandum et assignandum sibi dictos non solventes sub
poenis predictis, quod si non fecerit in predictam poenam ipso
facto incurrat, et si Potestas de predictis dativis executionem
non fecerit quod Priores ~~qui~~ terre Brevi qui pro tempore fue-
rint, et XVIII qui pro tempore essent vel erunt de men-
sibus martii et septembris teneantur et debeant sub poena
XX librarum denariorum dicto Comuni applicandorum mit-
tere pro uno executore expensis dictorum non solventium dictas
dativas, qui dictas dativas exigat et exigere teneatur, et volumus
et presenti lege firmamus quod pro possessionibus accatastatis

seu allibratus in statuto Comunis Trevii non possessus per accata-
statos vel allibratos; scilicet per alios teneantur laboratores et pos-
sessores et domini ipsorum bonorum et proprijs dativis solvendis
cogi possint per quemlibet Officialem dicti Comunis ad hoc depu-
tatum vel deputandum quamdiu laboraverint et possederint
bona seu possessiones predictas visa apodissa manu Notarii Camere
de summa dativarum non solutarum et quantitate denariorum re-
stituenda illi qui dictas dativas solvit pro possessionibus antedictis
Quod quilibet faciat factiones ubi est allibratus R.a 37.
Statuimus et ordinamus quod quilibet de Trevio et ejus districtu
teneatur et debeat facere factiones, et subire onera illius con-
trate, et in illa contrata in qua allibratus est et in populo
unde recepit sacramentum et non alibi
De libro Focularium R.a 38.
Statuimus et ordinamus quod quilibet qui non sit scriptus in
libro focularium Comunis Trevii faciens focum in dicta terra
Trevii vel ejusdem districtu vel per se habitans teneatur se
scribi facere in dicto libro focularium infra XV dies post ban-
nimentum faciendum de predictis per Massarium Comunis et
Notarium Camere qui nunc est et pro tempore fuerit ad poe-
nam XL solidos denariorum pro quolibet contrafaciente, et
Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur et de-
beat facere bannirí per terram Trevii infra X dies post aper-
turam presentis statuti ad poenam XXV librarum denario-
rum de suo salario Comuni Trevii applicandorum et virtu-
te prestiti juramenti, et nihilominus omnes dativas impositas
et imponendas per focum solvere teneatur ad dictam poe-
nam.
Quod Forenses teneantur facere custodiam et solvere
focularem et Dativam R.a 39

Statuimus et ordinamus quod quicumque Forensis habitaverit in Trevio vel ejus districtu a quinque annis citra, cujus bona sint valentia centum librarum denariorum, vel supra vel juxta, vel cujuscumque quantitatis vel rei et etiam quod quilibet qui habitaverit in terra Trevii vel ejus districtu vel habitat vel stat ab uno anno citra teneatur et debeat facere custodias in terra Trevii, et omnia poculavia solvere prout solvunt alii Trebani, et solvere Comuni Trevii teneantur pro illa quantitate quam habent in terra Trevii et ejus districtu tam in pecunia quam in rebus in mobilibus sicut solvunt alii Trebani, que bona sint et esse debeant allibrata et posita in Catasto Comunis Trevii et exigatur ab eis per libram vel aliter sicut ab aliis Trebanis non obstante statuto aliquo vel alia reformatione seu ordinamento Concilii, que in hac parte sint cassa: de quibus bonis reinveniendis Potestas qui pro tempore fuerit teneatur infra unum mensem post introitum sui officii ~~solem~~ solemnem facere inquisitionem per contratam et Notarius terre Trevii vel saltim per publicam famam testium quinque, que habeatur pro legitima probatione, * et quicumque de dictis Forensibus facere recusaverit predicta, centum librarum denariorum Comuni Trevii condemnetur pro vice qualibet et idem modus servetur in terrigenis, et qui custodiam in terra Trevii facere, et poculare solvere recusaverit in centum solidis denariorum dicto Comuni debeat condemnari.

De Ambasciatoribus Comunis R.ca XL

Statuimus et ordinamus quod quicumque Ambasciator Comunis Trevii sive missus fuerit pro Comuni per totam vallem Spoleti habeat pro qualibet die de pecunia Comunis si iverit eques solidos XXV denariorum si vero pedes XV solidos denariorum, et si aliquis ambasciator iverit pro Comuni predicto ad Romam, vel Romanam Curiam, vel alio quocumque

extra vallem Spoleti habeat pro qualibet die equis de pecu-
nia Comunis XXV solidos denariorum et non plus, et quod quicumque
consuluerit quod plus habeat, vel quod plus daretur sibi in X libris de-
nariorum condemnetur Comuni Trevii, et ipsi ambasciatores ire non
compellantur nisi primo eis sit satisfactum in denariis vel pignori-
bus per Camerarium Comunis, et si aliquis in sua ambasciata frau-
dem commiserit in C libris denariorum condemnetur, ~~[illegible]~~ cujus pene me-
dietas Comuni Trevii applicetur, et alia medietas sit Romane Eccle-
sie, et quod Potestas, Iudex, vel Vicarius teneantur et debeant dare
ipsis ambasciatoribus ipsam ambasciatam in scriptis, quod si non fece-
rint ~~ipse~~ idem Potestas de suo salario L.ta libras denariorum Comunis Trevii
persolvat, et quicumque iverit in aliquam ambasciatam pro Comu-
ni predicto, et duxerit duos equos habeat pro suo salario pro quoli-
bet equo et die XXX solidos denariorum salvo quod si redierit ipsa
die, qua iverit habeat XX solidos denariorum pro qualibet equo et
non plus, et si non retraxerit illo sero vel sequenti die de mane
ante tertias in Concilio vel Prioribus, vel Potestati vel Vicario am-
basciatam vel majori parti ipsorum privetur ipso facto suo salario
si non accepit C solidos ~~[illegible]~~ denariorum teneatur restituere et quod
dictum est in ambasciata locum habeat in Potestate Comunis Trevii, quando iverit in ambasciata salvo quod si iverit ad terram suam ul-
tra tres dies, non possit nec habere debeat ambasciatam aliquam
et quicumque electus fuerit pro ambasciatore teneatur et debeat
se facere scribi per Notarium Camere qui pro tempore fuerit
primo die quo iverit in dicta ambasciata et die sui reditus, et
etiam jurare ad Sancta Dei Evangelia facere suam ambascia-
tam bona fide sine fraude sollicite et attente, et nullam mo-
ram trahere ex qua sibi plus de ere Comunis predicti debea-
tur nisi tantum pro ambasciata predicta, et si ambasciatam
predictam modo predicto, et cum salario sibi attributo, ~~et cum sa-
lario sibi attributo~~ ex forma dicti capituli acceptare recusaverint

nullam aliam habere possit, nec sibi liceat ad unum annum nec aliquid de ere dicti Comunis percipere occasione alicujus ambasiate nisi justum steterit impedimentum, et quod ipse debeat describi per Notarium reformationum Comunis Trevii, et quod si Camerarius qui nunc est vel pro tempore fuerit solverit ultra vel preter salarium contentum in dicto Capitulo alicui Ambasciatori vel alteri pro eo modo aliquo perdat de suo salario vice qualibet C solidos denariorum attribuendos Comuni predicto et nihilominus ad restitutionem ejus quod solverit ipsi Comuni teneatur, et quod idem Camerarius de predictis debeat sindicari, et repertum contrafacientem condemnare per ipsum sindicum, qui eum sindicabit ipsi Comuni ad poenam predictam, et restitutionem faciendam de predictis non obstante quod id quod solverit fuerit per tres bonos homines approbatum pro legitimis expensis, et si contigerit Potestatem ire pro aliqua ambasciata pro dicto Comuni: si iverit cum uno equo habeat pro suo salario XXX solidos denariorum per diem, si vero cum duobus equis vel pluribus habeat per diem XL solidos denariorum et idem modus servetur contra dictum Camerarium si excederit solutionem predictam.

De ambasciata danda expensis petentis
R.° 41.

Statuimus et ordinamus quod si contigerit quod aliquis peteret aliquam ambasciatam in Comuni, quod cuilibet detur expensis petentis ~~Et~~ dummodo, quod in tali ambasciata non possit peti Potestas nec aliquis suus Officialis vel famulus, nec in ipsam ambasciatam ire, et si Potestas iverit, vel aliquis suus Officiales pro vice qualibet in XXV librarum denariorum Comuni Trevi condemnetur, et quod Priores qui nunc sunt, et pro tempore erunt teneantur, et debeant vinculo juramenti et

poena X librarum denariorum Comuni Trevii applicandorum dare ambasciatam secundum formam dicti statuti, dummodo quod ambasciata sit competens et justa

De Statutis renovandis R.º 42.

Statuimus et ordinamus ad tollendum expensas superfluas, quod in principio mensis novembris vel decembris proponatur in Consilio generali de Statuto pro anno futuro renovando vel confirmando vel addendo vel minuendo, et quod deliberatum vel reformatum extiterit executioni mandetur, et Potestas qui protempore fuerit predicta faciat observari sub poena L librarum denariorum de suo salario, et quod Statutarii electi ad renovandum sive faciendum statuta Comunis teneantur et debeant stare et morari in domibus Comunis Trevii, de die, et de nocte, et inde non discedere quousque Statutum fuerit perfectum, et qui contra fecerit XL solidos denariorum Camerario Comunis Trevii integre solvat pro qualibet vice, et quod omnia capitula et statuta que fierent per Statutarios dicti Comunis debeant mitti, et mittantur ad bussulas et pallectas inter ipsos, et obtineri per duas partes ipsorum Statutariorum alias non valeant ipso jure, et Potestas qui protempore fuerit teneatur [facere ?] requisitionem de dictis Statutariis bis in die, quolibet die quo steterint ad dictum statutum condendum, et compilandum; scilicet semel ante prandium, et semel post sonum Campane tertium, et statim repertum culpabilem in predictis XL solidos denariorum de facto punire teneatur, et ipsos XL solidos denariorum sine aliqua mora ad manus Camerarii pervenire faciat, et quod quilibet Statutarius habeat et habere debeat de pecunia et ere dicti Comunis Trevii pro toto dicto tempore XXX solidos denariorum, et quilibet Notarius qui

steterit ad scribendum statutum predictum habeat et habere debeat de pecunia et ere dicti Comunis XL solidos denariorum pro prima scriptura computata in dicto salario omni alio salario statutariis stabilito, et quod nullus possit esse statutarius Comunis Crevii qui non sit allebratus in libra Comunis Crevii CCC libras denariorum ipse vel pater ipsius vel habuerit libram comunem cum aliquo in dictis CCC libris, et si aliter fieret non valeat ipso iure, et si Camerarius tali electo contra dictam formam, et contra formam dicti statuti dicti Comunis solverit aliquod salarium, quod dictus Camerarius dicto Comuni restituere teneatur de suo salario et poena centum solidorum denariorum, et qui talem elegerit contra dictam formam in X libris denariorum Comuni Crevii applicandorum condemnetur per Potestatem, et hoc capitulum in Concilio predicto vulgari sermone legatur, et quod Notarius reformationum qui pro tempore fuerit, teneatur et debeat poena C solidorum denariorum Comuni Crevii applicandorum, reformationem predictam, factam, et scriptam per eum de modo, et forma renovandi sive faciendi statuta Comunis, et formam datam statutariis per Concilium generale in fine statuti dicti Comunis scribere et publicare.

De suspensione Statutorum R.o 43.

Statuimus et ordinamus quod quando contigerit ordinari de suspensione et ~~cassatt~~ cassatione alicujus Capituli statutorum dicti Comunis aut quod ipsum Capitulum tollatur vel suspendatur in totum vel in partem. Quod Priores qui erunt pro tempore teneantur et debeant jurare in Concilio generali dicti Comunis in quo sint ad minus XL Consiliarii quod ipsa suspensio sive cassatio sit et fieri debeat pro evidenti utilitate, et emergenti necessitate dicti Comunis, et postmodum proponatur

de Suspensione, et cassatione ipsius Capituli vel partis in Conscilio
majoris extimationis dicti Comunis, qui de novo debeant jurare, ca-
pere melius partitum pro dicto Comuni, et obtinere per duas par-
tes ipsorum, et si obtineri contigerit, mittatur simili̇ter ad Con-
cilium generale ipsius Comunis in quo sint ad minus XL Concilia-
rii qui de novo jurent capere melius partitum pro dicto Co-
muni, et quod obtentum fuerit modo predicto valeant et teneant
auctoritate presentis Statuti aliter non, et quod Potestas, Prio-
res, et Notarius reformationum dicti Comunis teneantur et de-
beant predicta omnia et singula observare; videlicet Pote-
stas poena C librarum denariorum, Priores poena XXV. libra-
rum denariorum Comuni Trevii attribuendorum, et Conciliarius
qui consuleret contra predicta in XXV libris denariorum Co-
muni ~~debeat~~ Trevii debeat condemnari, quam suspensionem et
cassationem Statutorum facere possint, et valeant pleno jure Con-
cilio decem et octo solemniter, et in sufficienti numero con-
gregato pro evidenti comodo, et utilitate Comunis predicti.

Quod Camerarius possit expendere Rca. 44.

Statuimus et ordinamus quod Camerarius Comunis Trevii qui erit
pro tempore auctoritate presentis Statuti habeat licentiam et
Potestatem habita semper prius licentia et potestate a priori-
bus in casu solvendi omnes expensas in hoc Statuto contentas et
alias deliberatas et reformatas in Concilio dicti Comunis secundum
formam Statutorum, et pro expensis legitimis habeantur, nec
non pro evidenti utilitate Comunis Trevii, quando fuerit op-
portunum cum licentia dicti Potestatis et Priorum possit
expendere in qualibet hebdomada de pecunia Comunis XL solidos
denariorum et non plus, dummodo hoc intelligatur de occurrenti-
bus expresse in novo facto, et pro expensis legitimis habeantur
et volumus quod de pecunia dicti Comunis et que ultra dictam

summam Camerariis plus expendere non possit, et quod aliqua remissio aut donatio alicujus condemnationis, seu alicujus processus vel suspensio vel concessio aut aliquid de ære Comunis fieri non possit nec debeat nisi primo fuerit deliberatum per duas partes ad Sustelas et pallectas triginta hominum de numero Comunis Trevii, in quo sint ad minus XL Conciliarii jurati, et si aliter fieret non valeat ipso jure, et quod Potestas dicti Comunis teneatur ipsum Capitulum observare et observari facere poena C librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum, et illi intelligantur esse majoris extimationis, et libræ qui plus solvunt pro dativa dicti Comunis aliter non. Qui triginta debeant apparere in libro reformationum Comunis predicti et juramenta ipsorum, salvis semper Balia Auctoritate et Potestate concessis dominis Prioribus et XVIII dictæ terræ vel alicui seu aliquibus ipsorum quæ semper firma sint et maneant in sui roboris firmitate.

De ordine dato circa matriculam, Judicum, Medicorum, et Notariorum R.° 45.

Cum universitas et Collegium societatis Judicum, Medicorum, et Notariorum in omni civitate et terra ac locis omnibus in quibus homines civiliter vivunt et regunt sit nobile et in pretio non parvo habeatur et alios merito in primis ordine et honore precedant tamquam Speculum, normæ, decus, et honor recte vivendi recteque consulendi propter eorum prudentiam, et singulares virtutes quæ in viris litteratis esse presumuntur. Cumque mulltis annis nesciatur qua ratione inordinate vixerint maxime in festo Sancti Miliani Martyris more antiquo collegiatim solito honorari non honoraverint prout aliæ artes, et collegia dictæ terræ fecerunt et faciunt, et ne in hac ignavia tot tantique viri et tam nobile Collegium in posterum

vivant. Statuimus et ordinamus quod de cætero universitas et collegium prædictum perpetuo teneantur et debeant ad observantiam matriculæ antiquæ per superiorem confirmatæ cum suis ordinibus capitulis decretis et statutis in ipsa matricula descriptis et annotatis, et prout, et sicut in eis continetur approbamus, et si opus sit de novo facimus et ordinamus quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus, cum potestate, arbitrio, et auctoritate addendi mutandi, et in melius reformandi, prout ipsi universitati et Collegio videbitur, et placebit ad honorem et statum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et Sanctissimi domini nostri Papæ, ~~et~~ et ad honorem gratiam decus et pacem Communis et populi terræ Trevii

Quod fiat bussula Judicum et Notariorum qui intersint in Sindicatu Officialium et faciant petitiones gratis R.^c 46.

Statuimus et ordinamus ad utilitatem et comodum omnium illorum volentium querelare contra Potestatem et Officiales Trevii in Sindicatu ipsorum Officialium quod fiat bussula omnium doctorum, et Notariorum descriptorum in matricula Notariorum, et tempore quo publicantur Sindici dictorum Officialium debeant publicari unus doctor, et unus Notarius, qui teneantur et debeant poena x librarum denariorum interesse ad bancum Sindicorum tempore Sindicatus, et facere petitiones contra ipsos Potestatem et Officiales ad requisitionem illius qui voluerit conqueri contra ipsos gratis sub poena prædicta pro quolibet, et qualibet vice qua contrafactum fuerit per ipsos Doctorem et Notarium, contra quam petitionem non possit opponi de ineptitudine dummodo contineat in se factum simpliciter omni solemnitate obmissa,

et si Officialis voluerit copiam accipiat sumptibus petentis, et si contigerit quod in aliquo Potestas vel aliquis ex suis Officialibus vel Familia fuerit condemnatus, quod dicti Doctor, et Notarius sic extracti et deputati habeant quartam partem de eo in quo fuerit condemnatus occasione eorum industriae, et idem dicimus in Sindico Communis quod habeat quartam partem de eo in ~~quo~~ quo sua industria fuerit condemnatus Potestas, vel Officialis predicti.

De congregatione Artium R.o 47.

Statuimus et ordinamus quod quelibet ars de Trevio, scilicet Iudicum et Notariorum et calsolariorum, lignorum pignorum et quelibet alia ars que alias fuerit solita habere rectorem ante rupturam Castri Trevii possit et debeat se adunare et facere unum Rectorem, salvo quod ars Iudicum et Notariorum habeat duos rectores qui possint interesse omnibus Conciliis generalibus Communis Trevii tanquam alii Conciliarii, et predicta electio fiat tempore quo ipsi Officiales, et alii Conciliarii Communis Trevii renovabuntur. Volumus etiam quod nulla ~~ars~~ ars que non facit nisi unum cereum in Festo Sancti Miliani habeat nec habere possit nisi unum Rectorem excepta arte Iudicum et Notariorum et quod dicte artes contra predicta non faciant poena X librarum denariorum pro qualibet arte Communi Trevii applicandorum, et quod Notarius reformationum aliter vel preter dictam formam scribere in libro Communis Trevii non debeat poena XXV librarum denariorum Communi Trevii applicandorum.

De cereo Artium R.o 48

Statuimus et ordinamus ad honorem et reverentiam Beatissimi Miliani ~~ducis~~ ducis capitis et Protectoris Communis et populi terrae Trevii pro cereo habendo in dicto festo, et ad honorem

artis Iudicum, Notariorum, et Medicorum dictæ terræ. Quod omnes et singuli Notarii de Erevio et ejus districtu exercentes artem Notariatus spatio unius anni debeant solvere Camerario dictæ artis pro ipsa arte recipienti X solidos denariorum parvorum pro quolibet ipsorum, hinc ad decem dies proxime subsequuturos post aperturam presentis Statuti ad poenam XX solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente vel non solvente cujus poenæ medietas sit et esse debeat dictæ artis et alia medietas Comunis Erevii et nihilominus dictos X solidos solvere teneatur, et Potestas qui nunc est, et pro tempore fuerit teneatur et debeat ad petitionem cujuscunque petentis ad poenam XX librarum denariorum de suo salario Comuni Erevii applicandorum et virtute prestiti juramenti facere preconizari dictum Statutum, et facere congregari Iudices et Notarios et Medicos dictæ terræ in Ecclesia Sancti Francisci de Erevio et in ipsorum congregatione et adunantia eligantur duo rectores et unus Camerarius de dicta arte, qui dictos Iudices, Notarios, et Medicos ad manus cujus Camerarii dictos denarios faciat pervenire. Qui rectores sic electi debeant eorum officium sic exercere per unum annum et arbitrium, et potestatem habeant imponere poenas et banna dictis Notariis et cuilibet ipsorum usque in quantitatem XX solidorum denariorum pro quolibet ipsorum et ad manus Camerarii dictæ artis facere pervenire, et si dicti Notarii vel aliquis ipsorum recusaverint vel recusaverit aliqua de causa observare predicta et dictos X solidos dicto Camerario solvere officium aliquod in Comuni Erevii habere non possit nec ad ipsa vel ipsorum aliquod eligi, et si eligeretur non valeat ipso jure nec scripturæ fides aliqua adhibeatur, et Potestas qui nunc est, et pro tempore fuerit omnia et singula supradicta et infrascripta observare debeat, et observari faciat sub poena superius declarata

et tempore sui Sindicatus per Sindicum dicti Comunis qui erit ad Sindicandum eumdem de omnibus contentis in dicto capitulo debeat Sindicari, et repertum culpabilem condemnari, et ad manus dicti Camerarii pervenire sine aliqua diminutione.

Quod ordinamenta artium Comunis Trevii sint firma Rº. 49

Statuimus et ordinamus quod omnia ordinamenta facta per artes de Trevio vel aliquam ipsarum manu cujuscumque Notarii apparerent sint rata et firma, dummodo non sint contra jurisdictionem Romane Ecclesie, et constitutiones ducales et contra Comune Trevii, et quod Potestas et alii Officiales Comunis Trevii teneantur ipsa totaliter observare et executioni mandare ut in ipsis ordinamentis continetur poena X librarum denariorum dicto Comuni applicandorum ad petitionem cujuscumque petentis

De Vexillo Trecentorum Rº. 50.

Statuimus et ordinamus ex balia et auctoritate predictis pro bono statu dicti Comunis quod expensis Comunis Trevii fiat unum vexillum de Syndone ad arma Comunis Trevii quod vexillum sit ex nunc deputatum dictis trecentis hominibus et conservari debeat per Massarium dicti Comunis et reponi in Camera Comunis Trevii, quod vexillum cum casus eveniret quod elevaretur, vel extraheretur occasione aliqua semper portari debeat per Capitaneum trecentorum predictorum de terzeria Castri per illum cui ipse deferendum commiserit. Qui Massarius dictum vexillum non det nec assignet sine licentia domini Potestatis qui pro tempore fuerit, et duorum ex dictis capitaneis sub poena quingentarum librarum denariorum per Potestatem exigendarum et ad manus Camerarii facere devenire condemnatione primo facta nisi pro evidentissima causa et pro scandalis evitandis.

De clavibus Portarum R.º 81.

Statuimus et ordinamus ex balia et auctoritate predictis pro bono et pacifico statu terre Trevii, quod inqualibet Porta terre Trevii sint et esse debeant tres serrature, et tres claves bone et sufficientes que continue de fero claudi et serrari debeant quarum clavium una semper debeat esse, et serrari per Priores terre Trevii qui pro tempore fuerit, alia sit et teneri debeat per Potestatem terre Trevii qui pro tempore fuerit, et alia tertia clavis sit et esse debeat et teneri penes aliquem fidum hominem de Trevio habitantem prope portam, more solito, que porte postquam clause fuerint aperiri non debeant sine licentia Potestatis et Priorum, et in presentia aliquorum de Familia Potestatis et saltim presente uno vel duobus ex Prioribus pena X librarum denariorum pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice per Potestatem dicte terre exigendorum post condemnationem factam, et quod Potestas infra XV dies publicata presenti ordinatione dicta serramina fieri facere teneatur, et Camerarius dicti Comunis dictam pecuniam necessariam pro predictis solvere possit et debeat sine aliqua licentia vel apodissa ad poenam X librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum.

De Picturis Portarum R.º 82.

Statuimus et ordinamus quod Camerarius Comunis Trevii teneatur et debeat expensis Comunis Trevii facere coperiri et reatari omnes, et singulas picturas vel figuras Beate Virginis Marie et aliorum Sanctorum, que sunt supra portas Comunis Trevii, et hoc ante festum dicte beate Virginis de mense augusti ad poenam C solidorum denariorum, et quod Potestas qui pro tempore fuerit teneatur facere fieri dictum opus expensis Comunis pena L librarum denariorum de suo salario.

De impedimento non ponendo in Ecclesia Sancti Joannis.

R.º 53

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Trevio vel ejus districtu nec forensis audeat vel presumat facere nec ponere in Ecclesia Sancti Joannis de Trevio aliquod impedimentum nec in ipsa habitare, vel aliquod mercatum de aliquibus rebus facere in ipsa: nec in ipsa vendere sub pœna C solidorum denariorum, et Potestas qui pro tempore fuerit teneatur ipsam Ecclesiam facere escomborari, et omnia et singula supradicta observari sub dicta pœna et virtute prestiti juramenti, et Sindicus dicti hospitalis teneatur contrafacientes accusare sub pœna predicta.

De electione Sindici Sancti Joannis R.º 54

Statuimus et ordinamus quod Potestas et Priores dicti Comunis qui pro tempore erunt infra octo dies post aperturam presentis Statuti teneantur, et debeant congregare, et congregari facere in palatio Comunis Trevii concilium majoris extimationis, in quo concilio sint ad minus XX Conciliarii, et in ipso Concilio eligi facere ad scrutineum unum bonum legalem et sufficientem hominem de Trevio in Sindicum et Procuratorem, ac conservatorem hospitalis Sancti Joannis Novi de Trevio, qui sit Sindicus et Procurator hospitalis et conservator omnium bonorum dicti hospitalis, et unum Notarium bonum sufficientem et legalem qui sit Notarius ad scribendum omnes et singulos introitus et exitus ipsius hospitalis, quorum officium duret, per unum annum et debeat obtineri per duas partes dictorum Conciliariorum in dicto Concilio, quibus sic electis mictantur postmodum in Concilio generali dicte terre, in quo sint ad minus ~~XX~~ LX Conciliarii, et in ipso Concilio obtineri debeat por

duas partes ipsius Concilii ad bussulas et pallucta. Qui Sindicus tenea
tur et debeat finito dicto tempore reddere plenariam rationem dicto Conci
lii sive illis hominibus ponendis per dictum Concilium de administratio
ne sui Officii, et de introitibus et exitibus ipsius hospitalis ad poenam
CC librarum denariorum, et ad restitutionem omnium illorum bonorum
dicti hospitalis, quae pervenerint ad ipsius manus, et habeant et habere
debeant pro ipsorum salario et mercede omnino quod per Concilium
terrae Trevii extiterit ordinatum. Quae omnia dicti domini Potestas
et Priores teneantur executioni mandare ad poenam centum li=
brarum denariorum Communi Trevii applicandorum dummodo futuri
Sindici faciendi modo supradicto officium incipiant in Kalendis Januarii
proxime futuri.

De Inventario faciendo bonorum Sancti Joannis
R.a 55

Statuimus et ordinamus quod in Concilio majoris extimationis Communis
Trevii intra octo dies post introitum Potestatis novi eligantur tres
boni et legales homines alii una cum Sindico hospitalis Sancti
Joannis ~~[illegible]~~ praedicti de Trevio debeant reinvenire omnia bona dicti ho
spitalis, et de ipsis facere publicum et solemne inventarium
quod registretur per Notarium reformationum dicti Communis in libro
Communis Trevii sine aliquo salario et ipse Sindicus teneatur et
debeat poena XXV librarum denariorum ipsa bona sic registra
ta, manutenere, guardare, et custodire bona fide sine fraude
et finito tempore sui Officii reassignare in eo statu quo tunc
erant vel meliori si essent tempore restitutionis praedictae fa=
ciendae illi personae sive Sindico eligendo per dictum Commune pro ho
spitali praedicto, et quod ipse Sindicus sub poena praedicta hospita
li praedicto applicanda teneatur et debeat tempore sui Sindicatus
assignare Sindico, qui fuerit ad sindicandum ipsum Sindicum omnes
locationes factas de bonis dicti hospitalis, et res per eum perceptas

de ipsis bonis cum Sacramento excepto ab eo et reddere rationem de introitibus et exitibus hospitalis predicti et residuum bonorum restituere ipsi hospitali, et Potestas qui erit pro tempore teneatur predicta facere observari poena XXV librarum denariorum de suo salario Comunis Crevii applicandorum, et quod supradictus Sindicus supradicti hospitalis possit teneatur et debeat Ecclesiam Sancti Ioannis predicti crescere usque ad murum domus ipsius hospitalis et ipsam altam facere ut iustum fuerit, videlicet domum positam juxta claustrum ipsius hospitalis sumptibus omnibus et expensis ipsius hospitalis et expense que fierent per dictum Sindicum habeantur pro legitimis expensis ipso jure.

De domibus et bonis Sancti Ioannis N.° 56

Quia utilitas publica debet preferri private, ideo statuimus et ordinamus quod abinantea omnes et singule res Comunis Crevii et hospitalis Sancti Ioannis dicti Comunis que consueverunt locari sive dari vel que poterunt dari sive locari ad pensionem ad coptimum laboritium sive affictum vel ad alium modum predictorum Sindicus Comunis et Sancti Ioannis predicti teneantur et debeant ipsi et quilibet ipsorum ipsas res et quamlibet ipsarum tribus vicibus in diebus Dominicis vel Iovis diversis diebus in platea Comunis ante palatium Comunis Crevii residentie dominorum Priorum ante traditionem vel concessionem facere subastari et melius laboranti sive plus offerenti et danti ad pensionem dare vel locare, et quod nulla persona de Crevio vel ejus Districtu vel aliunde audeat vel presumat aliquam domum vel aliam rem dicti Comunis vel hospitalis tenere vel habitare, nisi modo predicto et nisi congruam pensionem vel mercedem solverit dictis Sindicis vel Sindico: et si quis vel qua contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum ipso facto cum habitaverit vel tenuerit per octo dies saltim et non relaxaverit incurrat poenam XXV librarum denariorum, et Sindicus qui coptimaverit vel locaverit in futurum

preter dictam formam similem poenam incurrat tam locans quam conducens sive tenens alio modo, et predicta locum habere volumus in habitantibus qui percipiunt salarium a [illegible] tione artis vel alterius evidentis utilitatis Comunis et Potestas et Judex qui sunt et pro tempore fuerint singulis tribus mensibus teneantur solemnem inquisitionem facere poena XXV. librarum denariorum pro quolibet ipsorum et repertos culpabiles in poenis predictis punire et condemnare

Quod Potestas non habeat pannos hospitalis Sancti Joannis R.º 57.

Statuimus et ordinamus quod Potestas nec aliquis suus Officialis seu Famulus possit nec debeat petere vel habere aliquod materactium vel cultrem nec aliquos pannos hospitalis Sancti Joannis novi de Crevio, et si contra fecerit perdat de suo salario centum libras denariorum in quibus per subsequentem Potestatem debeat condemnari, et nihilominus Sindicus hospitalis qui pro tempore fuerit non possit nec debeat comodare nec permictat alicui personæ extrahere vel portare extra dictum hospitale poena Lta librarum denariorum pro sindicum hospitalis predicti condemnandum exceptis pannis lavandis quos ipsa die debeat reportare.

Quod majores LXX annis non graventur R.º 58.

Statuimus et ordinamus quod quicumque de Crevio vel ejus districtu fuerit major septuaginta annis vel haberet aliquod impedimentum in sua persona propter quod onera personalia facere non possit: videlicet qui pateretur morbum caducum vel visu careret volumus ab oneribus personalibus ipsius Comunis relevari hoc modo et via, videlicet quod primo probet per duos testes ad minus fidedignos et ipse sit major LXX annis vel quod patiatur dictum morbum vel quod careat visu et de his Notarius

custodie dicti Comunis pro nunc est et pro tempore erit fa-
ciat fieri publicum instrumentum et coram dicto Notario
fiat de predictis talis probatio, salvo et reservato si contige-
rit in aliqua domorum esse aliquem hominem ad faciendum
onera predicta tunc teneatur majium facere hujusmodi onera
dummodo quod sit allibratus in libro vel catasto Comunis a L.ta
librarum supra, et dictus Notarius teneatur et debeat vinculo ju-
ramenti et poena C solidorum denariorum de suo salario Comu-
nis Crevii applicandorum facere banniri post introitum sui
infra XV dies quod quicumque habet aliquod instrumentum
immunitatis infra octavam diem debeat assignare eidem Notario
ad poenam XX solidorum denariorum pro quolibet, et si infra
dictum terminum non assignaverit, quod dictum instrumen-
tum non intelligatur nec admictatur, et si dictus Notarius
non observaverit quod per sindicum qui erit ad sindicandum ip-
sum finito tempore sui Officii condemnetur in supradicta
quantitate; et quod dictus Notarius dicta instrumenta que co-
ram eo producerentur teneatur assignare Massario Comunis
Crevii qui nunc est vel pro tempore fuerit infra alios octo dies
subsequentes. Qui Massarius teneatur ipsa instrumenta
sive instrumentum registrare in libro sive registro emanci-
pationum dicti Comunis et accipere pro suo salario et labo-
re pro quolibet instrumento sex denarios et non plus et ipsis re-
gistratis legere dicta instrumenta in Concilio generali dicte
terre infra alios octo dies subsequentes.

De portionibus accipiendis per Potestatem et ejus Officiales R.a 59.

Statuimus et ordinamus quod cum Potestas et ejus Officiales in
executionibus dativarum et aliorum proventuum ad cameram
pertinentium ac etiam causarum civilium contra formam

Statutorum, modum et formam excesserint. Quod nullus Potestas vel alius ejus Officialis possit aliquid percipere de executionibus faciendis ab aliqua persona de Crevio, vel ejus districtu tam per commissionem Sanctissimi domini Nostri, quam de alia causa, nisi solummodo de datiis veteribus et condemnationibus impositis et factis tempore suorum antecessorum, de quibus possit percipere, et habere duos Solidos denariorum per libram, ut hactenus extitit consuetum et nihilominus teneatur facere omnes executiones pertinentes ad dictam Cameram, et ad alias Speciales personas ad poenam XX librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafecerint, et si aliquid injuste perciperint teneantur ad restitutionem in duplum, et quartam partem damnorum datorum factorum et inventorum industria sua vel suorum Officialium. De accusis autem et inquisitionibus damnorum datorum factis per speciales personas nil habere vel percipere possint aliquo quesito colore. Adiicientes quod si quis accusans vel dans informationem super damnis datis possit ipsam quamcumque usque ad solutionem exclusive retrahere et abolitionem petere et ~~solutionem~~ solvere per apodissam Camerario Comunis Crevii V Solidos pro quolibet accusato vel inquisito, et ipsam abolitionem admictere teneatur poena predicta. In maleficiis ~~autem~~ autem de materia abolitionum formam constitutionum Ducalium de tali loquentium materia sequi penitus compellatur de executione autem intelligatur, quod predicti habeant solum de omni eo et toto quod cum effectu et in pecunia numerata ad manus Camerarii fecerint pervenire.

~~Secundus Liber Civilium Causarum incipit.~~

Quod Priores non permictant dare Vexillum Potestati nisi in fine Officii R.o 60.

Statuimus et ordinamus quod Priores pro tempore existentes non audeant nec permictant aliquo quesito colore proponere in aliquo Concilio vel arrenga quod datur vexillum Potestati vel aliquod aliud Donum nisi in fine sui Semestri per decem dies prope finem officii pena proponenti vel arrenganti librarum XXV denariorum pro quolibet et qualibet vice, nec in sui favorem habeat scribere sub dicta pena Comuni Crevii applicandorum. Si vero Superior scripserit in favorem Potestatis tunc Priores debeant replicare totis viribus quod placet Superiori non gravare Comune ante dictum tempus cum non patiatur honestas quam in fine officii agnoscatur demeritus Officialium, et in Sacra Scriptura non dicitur Sanctus nec Beatus nisi post mortem, et si Priores non replicabunt incidant in penam XXV librarum denariorum pro quolibet et cuilibet liceat ponere prefatos Priores ad speculum pro debitoribus in dicta quantitate. Verum quia solent Potestates tenere secreto refirmam, et postulant exenium Statuimus quod tunc et eo casu faciant Potestatem jurare quod non habeat nec speret posse habere refirmam, quam si haberet non intelligatur esse sibi proficuum et remaneat in fine Secundi sui Semestris vel trimestris pena Prioribus XXV librarum denariorum et possint poni ad speculum pro debitoribus in dicta quantitate ut supra.

Quod Priores non possint dare licentiam Potestati Medico vel aliis Officialibus nisi per quatuor dies.

R.a 61

Statuimus et ordinamus quod Priores Terre Crevii sub pena XXV librarum denariorum non possint dare licentiam Potestati, Medico, Cancellario, et Magistro Schole nec aliis Officialibus Comunis Crevii ultra quatuor dies, et si ultra steterint non habeant Salarium toto tempore eorum ~~absentie~~ absentie, et si Superior scribere Priores Prefati debeant replicare ut supra sub dicta pena. Declarantes quod in absentia

Cancellarii intelligatur substitutus unus de Notariis Camerae sufficientior, et si alius substitueretur non valeat ipso jure, et quicquid per eum factum fuerit, similiter non valeat, possint tamen Concilium XXIII, et Concilium majoris extimationis, simul providere si necesse erit.

Quod Medicus et Magister scholae possint exigere salarium a non contribuentibus in eorum salario R.º 62.

Statuimus et ordinamus quod Medicus et Magister scholae, et quilibet alius Officialis salariatus terrae Crevii possint libere et sine impedimento exigere salarium ab hominibus illis confugientibus ad eorum auxilium consilium et Doctrinam non contribuentibus in eorum et cujus quod ipsorum salario, nec solventibus dativas, et Potestas teneatur favere in omnibus praedictis, Medico, Magistro, et aliis Officialibus omnibus, ut supra.

Quod Priores et ~~[illegible]~~ Camerarius teneantur retinere salarium cujuslibet semestris Potestati R.º 63.

Statuimus et ordinamus quod tertiaria salarii Potestatis cujuslibet semestris per Priores et Camerarium Comunis Crevii debeat retineri usque ad finem sindicatus pro debitis particularium personarum et pro poenis in quas incurrissent Potestas et ejus Officiales ob eorum injustum regimen: quod si Camerarius non retinuerit et Priores retineri non fecerint teneatur usque in summam cujuslibet tertiariae pro interesse specialium personarum et dicti Comunis, et de facto possit procedi contra dictos Priores et Camerarium ad instantiam cujuscumque interesse habentis et petentis cum refactione aliarum expensarum et damnorum.

Quod credatur quatuor testibus qui commiserint Simoniam cum Officiali R.º 64.

Statuimus et ordinamus quod si quatuor homines ad minus comiserint Simoniam cum aliquo Officiali terrae Crevii quod in sindicatu ipsorum Officialium dictis quatuor credatur, quamvis seorsum et de per se quisque ~~[illegible]~~ dictorum quatuor dederit aliquid pro simonia

dictis Officialibus vel alicui ipsorum, et dictis quatuor in qualibet Summa credatur, et talis testificans vel revelans non teneatur ad poenam et Officialis in tali casu possit condemnari in dictis singulis quantitatibus.

XIII Quod Forenses a quatuor annis citra habitantes teneantur solvere Focularia. R.o 65.

Statuimus et ordinamus quod quilibet Forensis qui a quatuor annis citra et ultra habitaverit in terra Trevii vel ejus districtu vel comitatu teneatur solvere focularia et facere custodiam.

Quod male paghe non audiantur. R.o 66

Statuimus et ordinamus quod male paghe, et male solventes Comunis Trevii ex quacumque causa in judicio non audiantur civiliter nec criminaliter.

Quod non possit vendi terrenum Forensi R.o 67.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Trevio vel ejus districtu possit vendere alicui Forensi aliquod genus terreni prope confinis Trevii per medium miliare poena centum ducatorum pro dimidia Camere Apostolice et pro alia Comuni Trevii applicanda, et nihilominus talis vendens teneatur ad solvendum dativas in Comuni Trevii, et de suo Catasto deleri non possit.

Quod Notarius Camere non possit levare terram de Catasto aliquo, et ponere in catasto illius qui non est de jurisditione Trevii R.o 68

Statuimus et ordinamus quod nullus Notarius Camere Archivii et Catastorum Comunis Trevii audeat vel presumat de cetero levare terrenum de Catasto alicujus Trebani, et ponere in Catasto alicujus quem esset difficile ad cogendum solvere dativas in Trevio vel non possit cogi sub poena librarum L.ta denariorum et tamen teneatur ipse Notarius ad solvendum illam dativam et ad damna et interesse Comunis Trevii et idem Notarius non possit in futuram

ad tale officium eligi, et si fuerit electus talis electio non valeat ipso jure

Quod Potestas teneatur exigere condemnationes et debita Comunis alias computentur in suo Salario R.a 69.

Statuimus et ordinamus quod Potestas et ejus Curia teneantur et debeant exigere omnes condemnationes Criminales latas suo tempore et alias condemnationes sibi assignatas per Priores vel Notarium Camerae et omnia debita Comunis Trevii quacumque de causa: dummodo sint liquida et clara infra XX dies a die factae consignationis alias ex nunc sint computatae in suo Salario, et ita teneantur prefati Priores facere observari et Cancellarium poni facere ad suum Salarium poena dictis Prioribus et Cancellario librarum XXV denariorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafactum fuerit Comuni Trevii applicandorum.

Quod Officiales non habeant Salarium, nisi pro tempore quo servient. R.a 70

Statuimus et ordinamus quod nullus Officialis Comunis tam Priores et Potestas, quam Cancellarius, Medicus, Magister Scholae vel quivis alius Officialis conductus ad Salarium a Comuni Trevii possint petere nec habere Salarium, nec eis solvere nisi pro illo tempore quo servierint poena Camerario Comunis Trevii si contrafecerit libras X denarios qualibet vice Comuni Trevii applicandas, et ad restitutionem soluti.

Quod detur fides Catastis R.a 71.

Statuimus et ordinamus quia multa scandala oriri possent inter homines terrae Trevii occasione terrenorum sculptorum ad evitandum predicta, quod catasto novo dicti Comunis et terrae Trevii adhibeatur fides tamquam publico instrumento donec non fuerit probatum contrarium ejus quod in dicto Catasto continetur, et quod intelligatur descriptis repertis tempore renovationis Catasti novi.

Quod illud jus fiat forensi in Brevio quod fit Breba-
no extra territorium Brevii R.° 72

Statuimus et ordinamus quod forenses et convicini in dativis et in eorum terrenis sitis in territorio Brevii, et in damnis datis in maleficiis et aliis culpis et excessibus tractentur in Brevio ab Officialibus Brevii sicut tractantur Brebani in locis convicinis, et alibi ubi congerentur solvere dativam pro terrenis ibi sito, et ad solvendum poenam pro damnis datis vel maleficiis, et aliis hujusmodi.

Quod qui seorsum habitant solvant fumum, et non possint aboliri defocularibus. R. 73.

Statuimus et ordinamus quod omnes illi qui non diviserunt possessiones et domos et terras, tamen lucrum et expensas seorsum et divisim faciunt, et pariter vivunt habeantur ac si divisissent et pro divisis et separatis quo ad solutionem focularium habeantur, et omnes de per se ponantur ad solutionem focularium sive fumi quem solvere teneantur ut alii solventes foculare etiam si inter patrem et filium vel fratres hoc accideret. Addentes quod Notarius Camerae et catastorum similes personas teneatur ponere de per se ad librum focularium et ipsos nec alios descriptos in libro focularium Communis Brevii non possit cassare nec abolire ex dicto libro sine expressa licentia Concilii Generalis poena ipsi Notario vice qualibet librarum XXV denariorum de facto auferendorum et Communi Brevii applicandorum, cujus poenae accusator habeat quartam partem.

Quod condemnati pro maleficiis pro salvo conducto et termino solvant caputa solidos Monti pietatis
R.° 74

Statuimus et ordinamus quod omnes condemnati pro maleficiis

qui habent salvum conductum vel terminum ad solvendum te-
neantur solvere capita solidos Officialibus Montis Pietatis
Communis Crevii alias gratia eis vel ipsorum alicui non prosit
nec prodesse possit.

Qui emit proventum Communis vel conducit apotecam
debet fidejubere. R.a 75

Statuimus et ordinamus quod qui emerit proventus Communis Cre-
vii vel conduxerit apotecam a Comuni predicto primo et ante
omnia debeat prestare idoneum fidejussorem de solvendo in tem-
pore quod tenetur alias talis conductio non valeat.

Quod Conciliarii veniant induti pannis colora-
tis R.o 76.

Statuimus et ordinamus quod omnes Conciliarii teneantur
et debeant accedere ad concilium induti et vestiti de
mantellis et calligis et ceteris pannis panni colorati ad pe-
nam X solidorum denariorum pro qualibet et vice qualibet
Communi Crevii applicandorum.

Quod possessiones sint tributarie Communi Crevii
R.a 77

Statuimus et ordinamus quod de cetero in perpetuum omnes
et singules possessiones et tenimenta totius territorii Cre-
vii et site in dicto territorio sint ipso facto et ipso jure
tributarie Communi Crevii omni meliori modo forma et cau-
sa quibus magis et melius fieri potest et debet.

Quod in terris non accatastatis possit dari
damnum R.o 78.

Statuimus et ordinamus quod in terris non accatastis Co-
munis Crevii catastis tam in solo quam in fructibus im-
pune possit dari damnum personaliter et cum bestiis, qui-
buscumque et non teneantur ad poenam aliquam damnum

dantes hujusmodi ad quod sufficiat ostentio Catasti dicti Comunis

Quod Consultor Sindicorum non sit suspectus partibus. R.° 79.

Statuimus et ordinamus quod Sindici Potestatis volentes consultare super Sindicatu Potestatis Brevii et ejus Officialium ac etiam aliorum Officialium Comunis Brevii et super emergentibus dependentibus et connexis abso possint eligere consultorem quem voluerint, dummodo non sit suspectus alicui partium; in quo casu non possit ~~ipse~~ Consultor talis ~~[illegible]~~ suspectus allegatus

Quod in Conciliis non possit proponi publica utilitas sed reservetur in Conciliis deputatis R.° 80.

Statuimus et ordinamus quod in futurum in Conciliis celebrandis in terra Brevii non possit fieri aliqua proposita super utilitate Comunis Brevii, nisi in duobus Conciliis celebrandis tempore cujuslibet prioratus, videlicet in fine cujuslibet mensis, in quibus duobus Conciliis solum proponatur utilitas publica et quod qui voluerit gratiam a Comuni possit supplicare, et quod expense Comunis ibi legantur: hec enim tria ~~tractata~~ tractentur in dictis Conciliis ~~[illegible]~~ et non alia, et si aliud fieret sit ipso jure nullum: et tolli non possit tale statutum nisi omnes palluctae essent in concordia del sic: et quicquid factum fuerit super evidenti utilitate preterquam in dictis duobus Conciliis non valeat et irritum sit et inane.

De ordine dato Officio XVIII et armatorum in precedendo R.° 81.

Statuimus et ordinamus quod de cetero Concilium XVIII

bonorum virorum et ipsi XVIII dum sunt in apparatu et actu honorandi eorum Officium, vel in eorum Congregatione, vel dum iverint ad Ecclesiam, vel ad alium locum cum Magnificis dominis Prioribus vel steterint, aut sederint precedant omnibus Officialibus terre Erevi preter Potestati et Judici, et simili modo et forma quilibet de ipsorum numero precedat in dictis locis secundum quod precedit ejus balia et alius non audeat occupare alium vel locum alius, sed tantum precedat, quantum ordo baliarum ostenderit etiam cujuscumque preheminentie, status et dignitate fulgerat, et similiter talis ordo teneatur, et servetur in connestabilibus et armatis poena contrafacienti XXV librarum denariorum pro dimidia Communi Erevi pro quarta parte illi cui fit injuria, et pro alia quarta parte applicanda Officiali facienti executionem in quolibet casuum predictorum

Quod non possit fieri gratia de maleficiis non habita pace R.ª 82.

Statuimus et ordinamus quod non recipiatur aliqua petitio in Concilio pro aliqua gratia pene maleficii, vel non possit proponi nec arrengari nisi delinquens habuerit pacem ab offenso, et si aliter fieret non valeat ipso jure.

Quod fiat liber Creditorum R.ª 83

Statuimus et ordinamus quod de cætero per Cancellarium Communis Erevi debeat fieri et ordinari unus liber qui vocetur liber Creditorum, in quo libro ipse Cancellarius vel alius loco sui deputatus debeat scribere et annotare omnes illos creditores Communis et causas, et occasione et tempus quo ipsi Creditores crediderunt

eorum in comuni constituerunt et fecerunt, et sic in quolibet Obimestri, et dicere et mentionem facere debeat sic videlicet quod tali tempore tali prioratus debet recipere tantum tali occasione, et post finem scripture crediti scribat et designet talis de dicto credito habuit tantum in tali camerariatu, et ponat diem, annum, et mensem, prout prudentiæ cancellarii videbitur utilius expecificare ne confusio aliqua fiat vel oriatur, et si in dicto libro non appareret non audiatur.

Ordo super Nundinis R.o 84

Statuimus et ordinamus quod quotiescumque fuerit deliberatum per Concilium terre Ercu quod nundine renovari deberent quod durent ad minus decem diebus et quod venientes ad nundinas predictas possint libere venire et redire omni impedimento cessante et liberi et securi ab omni debito civili et criminali penitus sint extra poenam homicidii et dummodo non sint rebelles Ecclesie Romane nec debitores Camere Apostolice vel aliis nostris superioris, nec sint condemnati in aliqua quantitate Camere Apostolice, et eorum res possint intromittere infra dictos decem dies sine solutione gabelle et alicuius dati vel passus, et mittens infra dictos decem dies volens extrahere post quantumcumque dictum tempus possit extrahere sine solutione gabelle, et passus res immissas infra dictum tempus, similimodo si aliquis emptor dictarum rerum missarum in dictis nundinis infra dictum tempus, post lapsum dictum tempus, et possit extrahere sine solutione gabelle et passus aliquibus in contrarium facientibus non obstantibus

Quod Sportulæ non debeantur R.ª 85

Statuimus et ordinamus adiicientes statuto suprapposito de portionibus accipiendis per Potestatem et &c. quod statutum ex nunc comprobamus et observari jubemus et mandamus. Quod nullus Potestas Crevii vel aliquis ejus Officialis possit petere vel habere ab aliquo Crevano vel Forense Sportulas nec aliquod salarium seu mercedem recipere etiam si facta foret eidem commissio per Sanctissimum dominum nostrum vel Legatum vel Gubernatorem, seu aliquem Officialem Ecclesiæ poena centum librarum denariorum cuilibet contrafacienti, et nihilominus dictam causam teneatur prosequi et expedire secundum formam Statutorum Comunis Crevii et constitutionum Sanctæ Matris Ecclesiæ sub eadem poena statutis seu reformationibus non obstantibus quibuscumque etiamsi esset in causa appellationis excepto quod a forensis sive forensibus habere possit et recipere sex denarios pro qualibet libra, ut in Concilio in preteritum reperitur fuisse reformatum.

De Officio Cancellarii R.ª 86

Statuimus ad tollendam ignaviam non nullorum Cancellariorum et notariorum reformationum terræ Crevii et statuto de electione Cancellarii addendo ordinamus ut ea quæ fiunt in Republica recto ordine et juris fundamento procedant et subsistant, quod de cætero et in futurum quilibet Cancellarius et Notarius reformationum Comunis Crevii pro tempore existens teneatur, et debeat omnes et singulas scripturas contractus et instrumenta ad officium Cancellarii et Notarii reformationum dictæ terræ pertinentes et spectantes uti sunt extractiones et publicationes dominorum Priorum Camerarii et aliorum Officialium dictæ terræ et introitus

eorum officii et juramenta de bene et fideliter exercere eorum officium fidejussiones juramenta potestatum et Officialium ipsius descriptiones Officialium et Famulorum nec non concilia reformationes et dicta consultorum, for= miter partita extractiones Sindicorum Officialium nec non locationes venditiones, conductiones proventus et tubicinum et bajulorum et alia familia ad officium ipsius Notarii reformationum pertinentia. Scribere et annotare in libro reformationum extense et bene et apte compo= nere ut decet doctum et expertum Notarium reforma tionum facere sine verbis illis et &c et registrare omnia mandata bulla et brevia Apostolica pertinentia ad Comune Brevi et litteras patentes et decreta Superio= rum et alia similia nec non in libris Creditorum Co= munis ponere et scribere creditores, et in libris de= bitorum scribere et annotare debitores et solvere debentes Comuni et introitus et exitus Camerariorum in libro Camerariatus, et ceteras scripturas scribere cetera alia facere debeat extense ~~ut~~ supra ad que qui= libet doctus expertus et sufficiens Notarius facere scri= bere et intendere debet sine aliquo pretio et mercede et quando opus esset extrahere in publicam formam omnes scripturas et instrumenta publica de quibus ipse rogatus esset ad instantiam Comunis dum necesse fuerit sine aliqua mercede, et predicta omnia et singula facere teneatur dictus Notarius sub poena prestiti juramenti et 2.ta librarum denariorum pro qualibet scriptura et con tractu in quibus contrafecerit et qualibet vice singula singulis referendo ac etiam teneatur ad observantiam al= terius Statuti sub Rubrica de quo vide ad folium 80.

Tabula secundi libri

De citationibus faciendis in causis civilibus R. 1.
Quod Procuratores et Advocati non adsint rationibus Articulorum R. 2.
De modo et ordine procedendi contra pupillos vel adultos vel hereditatem jacentem R.o 3.
De non contrahendo cum filiis familias et minoribus R.o 4
De executione instrumentorum et laudorum R.o 5
De bonis non alienandis per Mulieres sive harum Procuratores, nisi certis Solemnitatibus servatis R.o 6.
De modo et ordine mulierem dotarum R.o 7.
De quarta parte debita viro de bonis Uxoris R.o 8
De emancipationibus registrandis R.o ~~7~~ 9
De alimentis prestandis filio familias R.o ~~X~~ 10
De modo decidendi Civiles causas R.o
R.o ~~XI~~ 11
De donatione non facienda alicui forensi R.o ~~11~~ 12
Quod prius conveniatur principalis quam fidejussor, tam in civilibus quam in criminalibus R.o 13
Quod Principalis liberet fidejussorem R.o 14
Quando quis vult hereditatem capere cum beneficio legis et inventarii R.o 15
De prescriptione R.o 16
De sapiente ponendo in civilibus causis R.o 17
De compromissis inter coniunctos et alios faciendis R.o 18
De Conductoribus Communis proventium fiat jus summarium eis R.o 19
De questionibus per Priores terminandis intra certas personas vertentibus R.o 20
Quod quilibet cogatur ad petitionem Camerarii R.o 21
De rebus non alienandis potentioribus R.o 22
Quod credatur libro mercatorum R.o 23
De diebus Solemnibus et festivitatibus custodiendis et celebrandis R.o 24
De festo Sancti Nicolai et Clementis R.o 25
De muro faciendo expensis Comu

communibus R.o 26
Qualiter murus vendi debeat vicino R.o 27
De modo vendendi Arbores et terrain viciniis R.o 28
Quod minores possint petere divisionem bonorum R.o 29
Quod habentes possessionem prope domum alicuius teneantur vendere R.o 30
Quod contractus facti ab Officialibus Trevii non valeant R.o 31
Quod ad petitionem Sindici hospitalis Sancti Joannis cogantur debitores R.o 32
Quod si dominus alienasset possessionem intelligatur reservatum ius laboratoris vel conductoris R.o 33
De credito exigendo infra sex annos R.o 34
Quod Officiales Montis exigant pecunias montis eorum tempore R.o R.o 35
Quod debitores Montis cogantur ad retisandum pignora R.o 36
De Arbitrio Potestatis, Iudicis, et Socii Militis procedentium in causis summariis R.o 37
Quod Officiales Potestatis non patsint se rogare in causis civilibus sive mixtis nec de treguis, vel de pace R.o 38
De portionibus accipiendis per Officiales in executionibus R.o 39
Quod socius miles non faciat executionem tenutae nisi prius constiterit de impedimento bajuli R.o 40
Quod Officiales molestare non possint de inobedientia aliquem nisi constiterit de precepto R.o 41
Quid debeatur Potestati pro decreto et testium examinatione R.o 42
De salario Officialium euntium extra Trevium ad videndum differentias R.o 43
Quod Officiales maleficiorum nil pro responsione in maleficiis recipiant. R.o 44
Cujus expensis dari debeat copia petitionis et rescripti R.o 45
Decretum domini Episcopi Spoletani super contractibus non faciendis diebus festivis R.o 46
De arbitrio Castellanorum super damnis datis et civilibus R.o 47

De citationibus faciendis in causis civilibus
R.a 1

Quoniam ab initio vocando judicium inchoatur est de citationibus in causis civilibus initium faciendum et ordinem in ipsis causis civilibus observandum plenius inserendo. Idcirco ~~hc~~ hac provida ordinatione et gubernatione statuimus et ordinamus quod quicumque citatus fuerit per bajulos sive bajulum Communis Cretae in causis civilibus una die pro alia ad petitionem alicujus si personaliter inventus fuerit teneatur et debeat in termino citationis comparere coram curia dicti Communis ad respondendum suo adversario de jure et peremptorie. Si vero non comparuerit talis citatus et de presentatione actoris constiterit talis citatus habeatur pro contumace, et data petitione per actorem in qua petitione contineatur utrum habeat instrumentum vel non, et si aliter fieret non valeat ipso jure procedatur per Potestatem vel judicem vel aliquem ex Notariis Potestatis contra ipsum hoc modo: scilicet, Quod juramento prestito per actorem quod ipsum debitum sit verum, et quod ipsum non petit animo calumni~~and~~at et quod est sibi minime vel alicui pro ipso de dicto debito in aliquo satisfactum et solutis primo duobus denariis pro libra pro salario dicti Communis et ~~m~~issis in ipso salariorum ipsius Communis inducatur actor in tenutam et possessione bonorum dicti debitoris per aliquos bajulos dicti Communis sibi executorem datum et juratum per sententiam interlocutoriam alicujus dictorum Officialium pro mensura debiti declarati et expensis legitimis. Quam tenutam ipse Actor si non fuerit suspecta persona et tenuta fuerit de rebus mobilibus teneat penes ~~[illegible]~~ se per XV dies infra quos si reus venerit possit suam purgare contumaciam

et refectis expensis contumaciae, et totius processus facti exinde et dicto fidejussore ydoneo de judicio sisti et judicato solvendo audiatur de jure suo. Si vero tenuta data fuerit de bonis immobilibus possideatur per ipsum actorem usque ad quindecim dies, et si reus infra dictos quindecim dies non satisfecerit de expensis et suam non purgaverit contumaciam sicut dictum est talis contumax in quolibet casuum praedictorum pro vero debitore habeatur, et pro confesso et convincto de debito petito, et suam contumaciam purgare non possit, nec dictam tenutam recuperare nisi solverit dicto Actori quantitatem petitam et expensas legittimas, et post ꝗ XV dies elapsos, factis tribus subastationibus spatium trium dierum pro qualibet de dicta tenuta vendenda dicto actori per aliquem ex dictis Officialibus licentia concedatur, et si non fuerit emptor inventus adjudicetur per Potestatem vel Judicem dicto actori, ipsam tenutam ~~et~~ in solutionem et pagamentum pro ipso debito petito, et expensis ex secundo decreto, facta primo extimatione tenutae per duos bonos viros et convicinos dictae tenutae ponendo unum pro parte dicti Actoris, et alterum pro parte dicti rei, et quod Judex in contumacia dicti ~~actoris~~ debitoris possit et debeat ipsum extimatorem ponere pro parte dicti rei. Qui extimatores jurare primo teneantur et debeant, ipsam extimationem facere legaliter et bona fide, et illud quod ultra debitam et expensas valuerit dicta tenuta secundum extimationem praedictam debitori restituatur, si autem citatus non fuerit inventus personaliter citare secundo expensis suis una die pro alia, ita tamen quod citationes factae ad domum veniant ad notitiam Familiae domus citationes ad notitiam vicinorum ad minus duorum si aventum ipsi

citationi, et si in secunda citatione non venerit data petitione
per actorem procedatur contra ipsum predictos Officiales, vel
aliquem ipsorum ad petitionem actores secundum formam
superius denotatam, et predictam observantur ut supra est
expressum. Si autem aliqua persona citata fuerit in palatio
aut ubicumque a nuntiis ictus teneatur et debeat comparere
ipsa die ante nos coram judice ad bancam, et si non ve-
nerit et actor comparuerit procedatur contra ipsum contumacem
contumaciter prout superius est expressum. Si vero citatus com=
paruerit, et actor non comparuerit solvat defacto antequam
recedat de palatio dicti Comunis dicto reo citato quinque solidos
denariorum, et quod forenses citentur sono tube per precco-
nem Comunis, et citari debent bis in scalis palatii dicti
Comunis Crevii una die pro alia in casibus quibus possint
forenses Crevii convenire de jure, et ipse citationes omnes va-
leant et teneant, et processus inde faciendum, et si tales fo-
renses non comparuerint in terminis citationum et actor com
paruerit quod habeatur et pro contumacibus et procedatur con
tra ipsos ut superius dictum est, et quod tenuta capta de
bonis forensium infra octo dies a die capte tenute debeat
notificari sono tube in scalis palatii dicti Comunis, et si ali-
ter fieret ipse Processus et tenuta non valeat ipso jure et
quod heredes alicui defuncti citentur bis ad domum defuncti di-
versis diebus per bajulum sive bajulos dicti Comunis vicini au-
dientibus, et bis sono tube premisso per precones ipsius Com-
unis in scalis dicti palatii, que citationes valeant et teneant
pleno jure tamquam ipsi heredes personaliter citati essent
atque requisiti, et hoc locum habeat in processibus factis,
et faciendis. et si in ipsis terminis vel aliquo ipsorum dicti
heredes non comparuerint vel aliquis volens ipsos defendere

vel pro heredibus respondere habeantur pro contumacian, et contra ipsos procedatur prout superius est expressum; si vero reus comparuerit, vel aliquis ejus Procurator, vel aliquis volens ipsum defendere, et debitum ab eo petitum confitebitur precipiatur sibi per aliquem ex Officialibus quod ipse solvat ipsi actori si fuerit a X solidos infra, inde ad tres dies si fuerit a X solidos supra inde ad quinque dies; elapsis ipsis diebus citato primo ipso debitore si vult contra ipsum preceptum exceptionem solutionis opponere, quam exceptionem opponere possit et non aliam. Quod si ipse reus non venerit, aut ipsam exceptionem non opposuerit infra terminum sibi datum, quod ex nunc per Potestatem vel Judicem ipsum preceptum mandetur executioni contrarium procedendo contra ipsum realiter, et non personaliter. Si debitum fuerit quadraginta solidos supra, et si invenerit tenuta sufficiens ~~[illegible]~~ de bonis suis, in qua executione juratur et teneatur salarium pro Comuni ab ipso actore ut dictum est. sed autem ~~ut dictum~~ debitum fuerit a XL solidos infra ipse reus cogatur personaliter et realiter ad petitionem dicti actoris non obstante quod inveniretur tenuta de bonis suis sed autem debitor ageretur actione reali et citatus fuerit contumax modo predicto tunc data petitione per actorem inducatur ipse actor in possessionem rei petite per aliquem bajulorum dicti Comunis executorem sibi datum et juratum, et si res fuerit mobilis pro extimatione ipsius etiam .... purgare contumaciam suam infra XV dies ut supra dictum est, et super aliis contumaciis preceptis et instrumentis solvatur salarium pro Comuni videlicet duos denarios pro libra ut superius est expressum. Si autem citatus venerit ad judicium et actus fuerit personaliter ~~[illegible]~~ et actor non habeatur instrumentum sive actio fuerit realis tunc

procedatur ordinaria via hoc modo quod detur petitio ~~[illegible]~~ et ter-
minus statuatur a Judice ad respondendum dicte petitioni et sic
ordinate procedatur et tempore litis contestande solvatur sala-
rium pro Comuni videlicet ab actore et reo communiter, et mit-
tatur in capsa salariorum Comunis Crevi, et si aliter fieret pro-
cessus non valeat ipso jure, et fieret de calumnia, et post Ca-
lumnie juramentum statuatur terminus partibus a Judice vel
Potestate ad probandum de jure ipsorum XV dierum utilium
infra quem possint de jure eorum probare per testes et per instru-
menta vero et positiones possint probare usque ad conclusionem
cause quibus elapsis ad probationem non admittant: ita dominus proce-
datur in causa ipsa quod infra quinquaginta dies a die litis
contestate sententia proferatur nisi justum steterit impedimen-
tum vel fuerit de partium voluntate. Volumus etiam quod cita-
tiones facte per bajulos sive tubatores Comunis Crevi in civilibus ~~[illegible]~~
causis et in tribunalibus valeant et teneant pleno jure, et cita-
re possint sine commissione Potestatis et Judicis vel Notarii,
et citationes valeant et teneant ut supra dictum est, et tenuta
capi debeat infra octo dies a die pronuntiationis facte aliter non
valeat neque teneat, et qui cepit tenutam contra aliquem vel
aliquos teneatur et debeat ipsam tenutam facere notificari per baju-
lum sive Nuntium juratum Comunis Crevi ad domum ipsius rei
vel solite habitationis si personaliter ipse non inveniret infra
octo dies a die capte tenute in antea, dummodo, quod si tenuta fue-
rit de bonis forensis notificentur et notificari debeat sono tube ut supe-
rius dictum est dictamque notificationem facere scribi in actis Comu-
nis Crevi, quod si aliter fieret non valeat ipso jure, et si de bonis
debitoris inventum non fuerit pro tenuta capienda quod tunc de bonis
ejus ipse debitor debeat exbanniri in certa quantitate pecunie pro
Comuni predicto ut Judici videbitur et in quantitate petita et expensis

et terminus assignari reo X dierum et si infra dictum terminum exbannitus comparuerit possit suam purgare contumaciam sui exbannimenti refectis expensis legitimis, et dato fidejussore legitimo de judicio sisti, et judicato solvendo, et si infra dictum terminum talis exbannitus non comparuerit et suam contumaciam non purgaverit ut dictum est elapso termino exbannimenti, citato primo ipso exbannito si aliquid vult opponere contra ipsum exbannimentum qui opponere possit exceptionem solutionis sive pacti, aut nullitatis, quam vel aliquam ipsarum, si vero opposuerit, et non probaverit tunc exbannimentum mandetur executioni contra dictum exbannitum ad petitionem dicti Creditoris per dictum Potestatem vel ejus Officiales personaliter cogendo eum ad solutionem debiti petiti et expensarum legitimarum. Et Potestas vel sui Officiales predicta faciant observari poena XXV librarum denariorum de suo salario Comuni Crevi applicandorum, et quod Familia ipsius domini Potestatis habeat et habere debeat pro quolibet exbannito pro civili causa quem ceperit in castro Crevii et Pladia, et in fortiam Comunis duxerit pro suo salario si fuerit exbannitus a X libris denariis infra tres solidos denarios et a X libris denariis supra quatuor solidos denarios, et si ceperit aliquem exbannitum extra pladiam et castrum, habeat pro quolibet miliario a X libris denariis infra tres solidos denarios et abinde supra quatuor solidos denarios, et si aliquis debitor recuperaverit, vel reapprehenderit aliquam possessionem alicui in tenutam datam de bonis suis per Curiam Comunis Crevii ex primo decreto pro aliqua quantitate quacumque occasione, quod dictus talis debitor personaliter cogatur per Potestatem et Officiales terrae Crevii ad petitionem dicti Creditoris ad solvendum illam quantitatem pecuniae pro qua capta fuerit dicta tenuta, et expensas legitimas, et si quis appellaverit ab aliquo gravamine precepto sive sententia quod talis

appellans debeat dictam appellationem prosequi secundum formam constitutionum ducalis curie quod si contrafecerit in X libris denariis per Potestatem vel Judicem summarie condemnetur, que deveniant in Comuni ad petitionem Potestatis. Qui Potestas sive Judex debeat predicta executioni mandare poena X librarum denariorum Comuni Trevii applicandorum. Volumus etiam et presenti statuto firmamus quod positionibus possit et debeat responderi usque ad conclusionem cause exclusive et quod ipsis positionibus debeat responderi tam pro parte actoris quam pro parte rei infra terminum assignatum ad respondendum ipsis positionibus per dictum Potestatem, Judicem, vel Notarium dicte terre Trevii ipsi reo vel actori et alias si infra dictum terminum ipsis positionibus responsum non fuerit per illum, cui talis terminus datus fuerit ipse positiones habeantur pro confessis, quem terminum ipse Potestas, Judex vel Notarius virtute prestiti juramenti et poene X librarum denariorum Comuni Trevii applicandorum, prout sibi videbitur prefigere debeat ad petitionem petentis, et volumus quod forensibus fiat illud jus in Curia dicti Comunis quod sit forensibus in illa terra unde est ipse forensis qui agere vellet in dicta Curia Comunis Trevii tam civiliter quam criminaliter, quod jus ipse forensis probare debeat, et si aliter fieret non valeat ipso jure.

Quod Procuratores et Advocati non adsint responsionibus Articulorum. R.ca 2.a

Statuimus et ordinamus quod tempore responsionis articulorum faciende super articulis, et positionibus tam in civilibus, quam in criminalibus sive mistis ad tollendum omnem intricationem, et perjurium, et contentiones inter procuratores non possit nec debeat intervenire, nec adesse presentia alicujus advocati vel Procuratoris partium sed eis remotis tantum quod non audiant quid respondeat clientulus sub poena XXV librarum denariorum ipso facto deveniendo in Comuni, quod Potestas, Judex et curia terre Trevii debeant sub dicta poena executioni mandare.

29

De modo et ordine procedendi contra pupillos vel adultos vel hereditatem iacentem.

R.o 3.

Statuimus et ordinamus quod si quis vellet agere contra minores vel minorem non habentes vel non habentem tutorem vel tutricem sive curatorem prius et ante omnia faciat ad domum solite habitationis defuncti citari per Preconem Communis Brevii alta voce sono tube premisso habita prius et obtenta licentia a Potestate sive ejus Judice, quod quicumque vult esse heres vel pro heredibus respondere talis defuncti veniat et compareat infra tertiam diem proxime venturam coram dicto Potestate vel ejus Judice responsurus, de jure dicto vel dictis suis creditoribus. Si vero aliquis legitime compareat tunc et eo casu procedatur secundum formam juris porrigendo libellum sive petitionem et iurisdictionem procedendo usque ad sententiam inclusive. Si vero nullus comparuerit in dicto termino trium dierum accusata contumacia petat coram prefato domino Potestate vel ejus judice dictis minoribus sive minori carentibus tutoribus vel tutore sive curatore nominando proximiores in gradu secundum formam juris dari debere, et si aliquis vel aliqua ex dictis nominatis a jure et de jure excluderetur, tunc cogatur alius vel alia persone proximior in gradu succedens secundum formam juris per Potestatem vel ejus Judicem omnimode ad acceptandum tutelam sive curam et eum vel eam de palatio sive ecclesia si fuerit femina ad poenam, et sub poena XXV librarum denariorum solvendorum Camerario Comunis Brevii discedere non permittat donec cum effectu dictam curam sive tutelam acceptabunt et predicta intelligantur de ascendentibus vel descendentibus a latere paterno.

et si non reperiretur aliquis tunc citetur proximiores ex latere
materno et procedendo secundum formam juris et cogendo ut su-
pra sub poena predicta. Et si non reperiretur aliquis in dictis
casibus tunc detur et provideatur per dominos Priores Communis
Crevii tunc in officio residentes et eligatur sive unus sive plu-
res prout erit expediens in predictis: et sic electi per eos con-
firmentur per dictum dominum Potestatem et ejus Judicem
interponendo eorum autoritatem. Et observatis predictis ve-
lint vel nolint cogantur prout supra per dictum Potestatem
sub dicta poena donec acceptaverint, et hoc facto fiat in-
ventarium bonorum dictorum pupillorum sive adultorum
procedatur postquam secundum formam juris et statutorum
terre Crevii, usque ad sententiam diffinitivam, et si aliter
fieret processus factus non valeat ipso jure; et aliter fa-
ciens sive procedens incidat in poenam XXV librarum de-
nariorum, et similiter Potestas et Judex sive aliter permitte-
rent in predictis procedi et aliqua acta coram eis vel alte-
ipsorum aliter fieri. Et si aliquis vel aliqua persona repe-
riretur se in aliquo immisisse in bonis aliquorum pupillo-
rum vel adultorum ~~quocumque~~ quomodocumque et qualitercumque se im-
misisse per inventarium solemne cum decreto judicis im-
mediate de bonis dictorum pupillorum sive non fecerit
predicta. Qui se inconsulte immiserunt vel aliquos ha-
buerint cogantur per ipsum dominum Potestatem vel ejus
Judicem ad acceptandum dictam tutelam sive curam
sub dicta poena. Et nihilominus cogatur et cogi valeat
ad solvendum de suo proprio ex forma presentis statuti per
Potestatem et Judicem Communis Crevii ad petitionem creditorum
sive creditoris de jure habere ~~de bonis~~ habentis aliqua a dicto

defuncto, sive ab heredibus ejus omnium et totam quantitatem
quam dictus vel dicti Creditores recipere tenerentur, et contra
eos vel eum procedere debeant et valeant ac si ipsimet per
solemnem stipulationem obligati essent dictis creditoribus, fa-
ctis primo ~~solemnibus~~ probationibus coram dicto Potestate vel
ejus Judice quod in dicta hereditate se immiscuerint vel im-
miscuerit vel aliqua habuerit vel habuerint de dictis bonis. Et
omnia jura et actiones quae dicti Creditores haberent contra dictos
heredes valeant contra praedictos Negotiatores et eorum bona exhibi,
agi, et produci, prout et sicut contra principales. Et si contra
hos exhiberentur vel producerentur occasione praedicta Potestas
et ejus Judex teneantur et debeant procedere contra tales Nego-
tiatores et sententiam ferre, ac si actum esset contra princi-
pales, et talis sententia valeat et teneat pleno jure. Et exce-
pto quod si Mater vel Avia sive Patruus inventarium fecerint
infra unum mensem a die sepulti defuncti, et in eis de bonis
defuncti heredibus ejus defraudaverint quod dos [illegible] et bona eorum
teneant et contra eos procedi possit per creditores, modo et or-
dine suprascripto. In hereditatibus sive hereditate jacenti vel ja-
centibus per creditores habere debentes talis ordo servetur videli-
cet quod facta petitione sive narratione coram judice communis Tre-
visii, et obtenta licentia ab eo citentur et citari debeant in
scalis palatii si quis vult esse heres vel pro heredibus respondere
talis hereditatis jacentis compareat et comparere debeat coram
domino Potestate terrae Trevisii, vel ejus judice responsurus de jure
creditori vel creditoribus praedictis infra tertiam diem proxime futuram
Et si non reperiatur aliquis et nullus comparuerit in dicto termino ac-
cusata prius contumacia citentur in scalis palatii agnati et cognati gene-
raliter, et si aliquis comparuerit legitime in termino ~~[illegible]~~ trium dierum
procedatur ordinarie ~~[illegible]~~ cum productione libelli sive petitionis producendae

coram ipso Potestate vel Judice usque ad sententiam inclusive. Et si nullus comparuerit in dicto termino tunc petatur per dictum sive per dictos creditores coram ipso domino Potestate vel Judice dari debere duos bonos ydoneos et sufficientes viros in curatores dicte hereditatis jacentis, de quibus unus videlicet per Potestatem eligatur alter per Dominos ~~dictos~~ Priores terre Trevii. Qui sic electi et nominati omnimodo cogi debeant remediis opportunis per ipsum Potestatem vel Judicem ad acceptandum dictam curam sub pena suprascripta XXV librarum denariorum Potestati et Judici si non cogerint cum effectu. Et in omnibus et per omnia in pronuntiando dictos curatores forma juris servetur cum auctoritate Judicis interposita, et dato eis corporaliter juramento procedatur via juridica et ~~[illegible]~~ ordinaria in petendo et agendo coram ipso Potestate sive Judice per dictos creditores et curatores usque ad sententiam diffinitivam: et si aliter fieret non valeat ipso jure, et habeant et habere debeant dicti curatores de dicta hereditate jacente primo et ante omnia antequam judicetur ex secundo decreto dictis creditoribus a dictis creditoribus vel creditore: denarios XII pro qualibet libra de summa et quantitate petita per ipsos creditores.

De non contrahendo cum Filiis Familias et minoribus XXV annis. R.a 4.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona valeat contrahere cum aliquo filio familias, nec cum aliquo minore XXV annis sine consensu et presentia patris, avi, sive curatoris. Et si careret predictis sine consensu duorum proximiorum in grado a latere paterno cum auctoritate judicis et decreti interpositione et aliter non. Et si careret predictis tunc cum consensu duorum proximiorum a latere materno cum auctoritate judicis interposita suprascripta, et si aliter fieret non valeat ipso jure, et nonobstante quod renuntiasset dictus minor dicto statuto, et quod jurasset in supplementum etatis nulla molestia fieri debeat et valeat per Potestatem Trevii vel ejus curiam tali minori ~~vel~~ obligatus in ~~are~~ are vel in persona poena librarum XXV denariorum dicto molestanti pro quolibet et qualibet vice, qua contrafactum fuerit

Communi Crevi applicanda, et tempore sui sindicatus auferendum, et similiter
nulla obligatio intervenire valeat inter minorem et minores XXV annis nisi ser-
vato modo et ordine suprascripto.

De executione instrumentorum et laudorum R.o S.

Statuimus et ordinamus quod quicumque habuit vel habuerit instrumentum pu-
blicum contra aliquem vel aliquos alicuius debiti consistentis in pondere, numero
vel mensura et ipsum debitum petierit in curia Communis Crevii, Potestas vel
Iudex, vel Notarius Communis prefati et quilibet istorum viso et producto dicto
instrumento sine libello litis contestatione et calumnie iuramento summarie
statuat et assignet terminum ipsi debitori contra quem ipsum instrumentum
producitur trium dierum utilium ad recipiendum copiam instrumenti, et ad op-
ponendum contra ipsum si vult dicti instrumenti copiam, et quinque aliorum die-
rum utilium ad probandum contra ipsum instrumentum quicquid vult cum
effectu et peremptorie. Si autem infra dictos terminos aliquid non oppo-
suerit et non probaverit ex tunc dictum instrumentum mandetur executio-
ni per curiam dicti Communis contra ipsum debitorem, et cogatur ipse de-
bitor realiter et personaliter sicut suo creditori vel suis heredibus placuerit
si tenuta sufficiens non inveniretur de bonis ipsius pro ipso debito, et expen-
sis ipsius, ipse reus cogatur personaliter ad voluntatem ipsius creditoris et suo-
rum heredum, donec solverit debitum et expensas: recepto primo iuramento
a creditore vel suis heredibus quod non petat animo calumnie et soluto sa-
lario pro Communi duobus videlicet denariis pro libra et dictum est: dummo-
do quod ipsum debitum si fuerit a XL solidos infra ipse debitor cogatur rea-
liter et personaliter ad petitionem dicti creditoris sui. Et quod tenuta data
actori de bonis ob executionem alicuius instrumenti quod ipsa tenuta non pos-
sit recuperari nisi ipse reus satisfecerit dicto actori debitum petitum et ex-
pensas legitimas: et super tenuta capta occasione dicti debiti de bonis rei
procedatur ad banimenta et extimationem et ad sententiam insolutum
si emptor inventus non fuerit ut supra in capitulo de citationibus continetur
et idem modus teneatur in instrumentis laudi continentibus pondus numerum

vel mensuram, vel super aliquo alio liquido ex consensu partium vel sententia testamento vel codicillo donatione vel alio instrumento. Quod capitulum habeat locum tam in instrumentis juratis consistentibus in numero, pondere, vel mensura quam aliis non obstante confessione que fieret de debito in ipsis instrumentis per aliquem Procuratorem ipsius debitoris. Et quod Potestas, Judex, vel Notarius teneantur et debeant virtute prestiti juramenti et poena XXV librarum denariorum pro quolibet ipsorum Communi Trevii applicandorum predictum Capitulum et contenta in ipso totaliter observare: et si aliter fieret non valeat ipso jure aliquo capitulo Statutorum in contrarium loquente non obstante. Volumus etiam quod instrumentis que excedunt tempus XX annorum et ultra exceptis testamentis instrumentis dotalibus non habeat locum Statutum predictum sed super dictis instrumentis detur petitio procedatur ordinario Judicio, in quibus testamentis et instrumentis dotalibus locum habeat presens Statutum.

De bonis non alienandis per mulieres sive earum procuratores nisi certis solemnitatibus servatis. R.^o 6.

Statuimus et ordinamus quod nulla Mulier sive ejus Procurator valeat neque possit alicui persone vendere permutare donare vel aliquo alio modo alienare aliqua ejus bona immobilia sine consensu patris et Matris ejusdem et carens predictis sine consensu presentia et voluntate duorum proximiorum consanguineorum a latere paterno, et si careret predictis duorum suorum proximiorum a latere materno: et cum presentia, auctoritate et decreto Judicis terre Trevii interpositis: et si aliter fieret non valeat ipso jure. Que de predictis prius certioretur per Notarium talia stipulantem quid sit et quid dicat, quid faciat et quid importet renuntiatio beneficiis velleiani faciendo et si aliter aliqua venditio permutatio sive alienatio fieret sit nulla et nullius valoris. Et similiter sit et esse intelligatur si predicta vel aliquod predictorum fierent per aliquas Mulieres Trebanas extra ~~dictis~~ districtu Trevii, nisi postmodum quod ~~extra~~ casu vel casum approbarentur et confirmarentur in novum ~~vero~~ annum proximum secuturum a die celebrationis

Dicti contractus in dicta terra Trevii supradicto patre et matre vel aliis proximioribus supradictus Notarius coram Judicem Potestatis Trevii interponere suam et dicti Communis auctoritatem et decretum; et si praedicta non fierent in dicto termino talis contractus sit ipso jure nullus. De mulieribus vero Urbanis stare vel habitare nequientibus in dicta terra Trevii vel ejus districtu similiter intelligatur et observetur, excepto quod in loco Judicis Potestatis Trevii sufficiat praesentia auctoritatem et decretum Judicis illius terrae in qua esset vel celebraretur talis contractus alienationis venditionis seu permutationis vel donationis suprascriptae et aliter nec alio modo fieri valeat, et si aliter fieret talis contractus sit ipso jure nullus et nullius roboris virtutis vel momenti. et si contigerit quod praedicta omnia suprascripta observarentur, et talis qui vendidisset permutasset, donasset vel alienasset postea quis staret in possessione praedictorum bonorum sic alienatorum per tres menses continue vel postmodum transacto dicto tempore quia que per annum continue talis instrumentum venditionis permutationis donationis vel alienationis sit et esse intelligatur fictitium et simulatum. Testari autem et donationem causa mortis facere possint praefatae mulieres quandocumque et ubicumque eis visum fuerit, et quodcumque eis placuerit sine consensu et praesentia praedictorum: tamen secundum formam juris canonici vel civilis statuto seu constitutionibus non obstantibus quibuscumque.

De modo et ordine mulierum dotatarum. R.o 7.

Statuimus et ordinamus quod si aliqua mulier fuerit, vel esset dotata ab avo, a patre, a matre, a fratre

a patruo, vel avunculo dote sibi datæ vel promissæ aut or-
dinatæ vel relictæ sit et esse atque stare debeat contenta
ita quod non possit per se vel aliquam personam vel
ejus successores habere recursum ad hereditatem avi,
patris, matris, fratris sororis, patrui, aut avunculi vel
alicujus eorum, dummodo fuerit dotata ab aliquo ipso-
rum aliqua ratione vel causa, et dummodo reperiretur
aliquis masculus de progenie ipsius avi, patris, matris, vel
fratris, vel sororis, avunculi vel patrui. possit tamen a
et cuilibet ipsorum ex testamento succedere, et non
aliter, et si contrafacerit, non audiatur per potestatem
Judicem vel alium Officialem, pœna D. librarum denario-
rum dictis Officialibus contrafacientibus vel eis jura red-
dentibus. Et nihilominus quod actum foret non vale-
at ipso jure et prefati potentes contra dictum Statu-
tum penam mille librarum denariorum incurrant
ipso facto et infamiæ.

De quarta parte debita viro de bonis uxoris. 8.

Statuimus et ordinamus quod si qua mulier fuerit ma-
ritata et steterit penes maritum sive virum suum
et postea contigerit ipsam mori seu decedere sine fi-
liis legitimis ex ~~se~~ ejus et ex dicto matrimonio natis, idem
maritus debeat habere quartam partem dotis ma-
rito datæ vel promissæ ad cujus quartæ partis dotis
restitutionem ipse maritus vel ejus heredes nul-
latenus teneantur.

De emancipationibus registrandis. N.o 9.o

Statuimus et ordinamus quod omnes emancipationes quæ
factæ essent per quoscumque de Trevio vel ejus distri-
ctu a X annis ~~ante~~ postea manu cujuscumque Notarii app-

verent que registrate non essent in actis Comunis Trevii de-
beant registrari per massarium Communis Trevii qui
pro tempore fuerit in quodam libro ad hoc deputato
infra unum mensem a die publicationis presentis sta-
tuti, et etiam omnes emancipationes que fierent in
futurum similiter infra unum mensem debeant
registrari in dicto libro hoc modo: scilicet ponendo
in dicto registro annum diem et mensem indictionem
et pontificatum quibus emancipatio appareret facta
nomen et prenomen emancipantis et emancipati
et nomen Notarii cujus manu dicta emancipatio scri-
pta appareret et nomina testium scriptorum in
emancipatione. Et nisi modo predicto emancipatio-
nes registrentur presumantur fictitie et simulate
et in fraudem facte et non valeant nec teneant ipso
jure: et predictam registrationem dictus Massarius
facere teneatur sine aliquo salario vel mercede ad
petitionem cujuscumque petentis ad penam XXV libra-
rum denariorum.

De alimentis prestandis filio Familias. R.a 10.

Statuimus et ordinamus quod si quis Filiusfamilias uxoratus qui
propter novercam ejus non possit habitare cum ejus Patre
simul et vellet de per se in alia domo tam Patri spectanti
quam secum uxore sua habitare. Quod dictus ejus Pater te-
neatur dicto ejus Filio et Uxori dicti sui Filii, et, filiis eorum
alimenta prestare similiter eidem dicto suo Filio assignare
omnia sibi onera spectantia et pertinentia. Et predicta
locum habeant inspecta conditione, et qualitate Patris et
Filiorum: Teneantur insuper ad penam predictam quili-
bet Potestas et Officialis ad petitionem Patris Filium

capere et detinere carcerare, et in compedibus ponere ad voluntatem dicti Patris quotiens sibi patri visum fuerit expedire de facto, et ibidem Filium detinendo modo patris sui placuerit ~~[illegible]~~ expedire pro quacumque causa ipsi patri ~~[illegible]~~ videbitur et placebit.

De modo decidendi civiles causas Ru.o 11.

Statuimus et ordinamus quod omnes causae civiles a quinquaginta solidos infra decidantur et determinentur per jus jurandum secundum arbitrium Potestatis Judicis vel Socii Militis, a quinquaginta solidos supra, usque ad solidos centum denariorum non detur petitio, nec lis contestetur, sed in ipsa causa sufficiat unius testis probatio summarie recepta a Potestate sive ejus Judice partibus praesentibus, et dicto ejus statur, et semper ejus dictis procedatur ad praeceptum; possit tamen actor si voluerit probare dicto modo per unum testem a quinquaginta solidos infra. Si actor voluerit dictam causam decidere per jusjurandum, cogatur reus subire vel referre antequam discedat de palatio juramentum cujuscumque quantitatis, vel cujuscumque fuerit generis vel conditionis vel rei ipsius civilis ~~cujuslibet~~ actus habeatur pro confesso. Debitum petitum ab eo, et sibi fiat praeceptum per Judicem de solvendo infra terminum competentem. Et teneatur debeat facere mentionem accusationis, solidos supra in suo libello sive petitione porrigenda per eum contrarium coram domino Potestate sive ejus Judice terre Brevi utrum habeat instrumentum nec non de dicto debito. Quod si non fecerit debitor non teneatur respondere super eodem libello porrecto vel petitione eo modo quod reus non possit cogi ad respondendum

ipsi libello partito vel petitioni cuic apparueat debitum quod petitur ab actore causa propter quam et tempus debiti contracti.

De Donatione non facienda alicui Forensi R.o 12.

Statuimus et ordinamus quod nemo de Trevio vel Districtu ejusdem seu habitator dicti Castri vel ejus districtu audeat vel presumat facere aliquam concessionem seu donationem de aliqua quantitate pecunie alicui Forensi contra aliquam personam de Trevio vel ejus Districtu, nec debeat vendere vel donare legare vel aliquam ~~con~~cessionem facere de suis bonis vel parte ipsorum bonorum alicui Forensi vel alicui persone non suppositte jurisdictioni Communis Trevio sub pena XXV librarum Denariorum Communi Trevii applicandorum. Et quod nullus Notarius de Trevio, vel ejus districtu debeat scribere nec in rogatione deducere dictas donationes, venditiones legatum seu legata seu cessiones sub dicta pena. Et si venditio Donatio legatum seu concessio aliqua appareret in contrarium facta ipsam donationem, venditionem concessionem legatum et cessionem et instrumentum nullum volumus ipso jure obtinere roboris firmitatem, scilicet ipso jure sint nulli et nullo et nullius valoris. Et nihilominus liberi vendentes et concedentes legantes sive Donantes in contrarium ipsa bona ~~in~~ pro ipsis bonis dativas, vel collectas solvere teneatur dicto Communi capitulo aliquo in contrarium loquente non obstante, et instrumentis cujuscumque conditionis vel cause ac etiam ultimis voluntatibus que per alium ~~per~~ Notarium quam per alium qui sit suppositus jurisdictioni Communis Trevio facte appareret fides minime aliqua adhibeatur. et ea instrumenta volumus valere

Quod prius conveniatur principalis quam fide-
jussor tam in civili quam in criminali. R.o 13

Statuimus et ordinamus quod si apparuerint duo vel
plures ad petitionem alicujus in solidum obligati, ex ali-
quo instrumento et alter ipsorum alios sive alicum ex ipsa
obligatione pro pronunciat conservatur indempnem vel confessus
fuerit debitum esse suum, quod principalis debeat
primo conveniri quam fidejussor pro debito pro quo
sunt in solidum obligati, et hoc locum habeat in pre-
teritis presentibus et futuris. Volumus quod in criminalibus
causis principalis prius conveniatur quam fidejussor si
bilissime haberi et conveniri possit reus alias cogatur
ipse fidejussor personaliter donec satisfecerit a quo per
quo satis dedit et fidejussit. et idem modus servetur
in criminalibus quemadmodum in civilibus.

Quod principalis liberet fidejussorem. R.o 14

N° 10.

Quod principalis liberet fidejussorem R.o 14.

Statuimus et ordinamus quod quicumque, fuerit obbligatus pro aliqua persona alicui pro aliquo debito vel quacumque de causa et de ipsa obligatione apparuerit seu constiterit per instrumentum conservatoris indemnitatis vel alio legitimo modo vel per suam confessionem quod ille ad cujus petitionem fuerit obligatus teneatur et debeat ipsum ab ipsa obligatione liberare et liberari facere omnibus suis sumptibus et expensis ad petitionem ipsius obligati. Et Potestas teneatur precise predicta facere observari sub poena XXV librarum denariorum Communis Chersii applicandorum.

Quando quis vult hereditatem capere cum beneficio legis et inventarii R. 15.

Statuimus et ordinamus quod si quis comparuerit in judicio tamquam heres alicujus et se esse dixerit heredem alicujus ex beneficio inventarii quod Judex statuat ipsi terminum ad faciendum et producendum inventarium supradictum in forma publica octo dierum utilium infra quem dictum inventarium faciat et ~~protendat~~ producat, alioquin elapsis dictis ~~sed~~ octo diebus facto vel non facto inventario possit tamquam heres a quolibet conveniri et respondere cogatur lege vel constitutione aliqua non obstante.

De prescritione R.o 16.

Statuimus et ordinamus quod si qua persona de Chersio vel ejus districtu tenuerit et possederit aliquam rem immobilem pacifice et quiete spatio decem annorum inter presentes et XX annorum inter habentes quod habeatur pro vero et legitimo possessore proprietario atque domino et ea mali cum rivendicari non liceat nec per Potestatem Judicem vel alium Officialem dictus actor super dicta possessione vel re possessa ut supradicto tempore audiatur sub poena centum librarum denariorum Communi Chersii applicandorum si Potestas, Judex, vel alius Officialis contrafaceret in predictis et hoc locum habeat in preteritis presentibus et futuris.

De Sapiente ponendo in civilibus causis. R. 17.

Statuimus et ordinamus quod in causis civilibus que in curia Communis Chersii

devolvuntur inter speciales personas semper detur sapiens si petatur expensis per-
dentis super quolibet puncto. Salvo quod si Iudex medius senserit aliquam par-
tium jus habere et pro ea parte senserit tunc detur sapiens expensis illius
qui dicto judicij stare noluerit nec alia pars aliquid dare compellatur. Et
si causa fuerit a XL solidos vel inde infra quod pars solvat pro consultore
quatuor solidos denariorum et minus arbitrio Iudicis. Si vero fuerit decem libra-
vel ab inde infra usque in quadraginta solidorum denariorum solvat quinque solidos
rum denariorum supra quantacumque fuerit quantitas solvat pars quinqua-
ginta solidorum denariorum et minus arbitrio Iudicis. Et in quolibet casuum
predictorum solvat salarium consultoris plus et minus arbitrio Iudicis: et Iu-
dex secundum formam consilii procedere teneatur. Et volumus quod Potestas qui erit
pro tempore teneatur et debeat sub vinculo prestiti juramenti et poena li-
brarum 50 denariorum de suo salario Communi Trevii applicandorum predicta
integraliter observare et observari facere.

De compromissis inter conjunctos et alios faciendis. R.a 18

Statuimus et ordinamus, quia conveniens est, inter conjunctos materias litigandi in
quantum possibile est amputare quilibet quotiescumque contigerit aliquam
causam controversiam, litem, questionem, seu contentionem esse vel oriri inter
aliquos affines coniunctos seu consanguineos usque in tertium gradum consanguini-
tatis vel affinitatis quacumque de causa vel occasione Potestas sive Iudex
Communis Trevii qui pro tempore fuerit vinculo juramenti et poena XXV li-
brarum denariorum de suo salario Communi Trevii applicandorum teneatur ipsos
tales litem vel causam vel questionem controversiam vel contentionem haben-
tes cogere personaliter in palatio Communis Trevii et non permittere ipsos
vel aliquem ipsorum inde discedere donec compromiserint vel compromissum
fecerint de jure et de facto in aliquem seu aliquos ipsos consanguineos
vel communes amicos vel affines. Qui arbitri et arbitratores sic eligendi teneantur
ipsas questiones vel controversias seu contentiones diffinire inter ipsas partes
infra terminum competentem eis assignandum per dictos Officiales vel aliquem
ipsorum qui terminus intelligatur statutum partibus per tres menses ad plus
et supradictum terminum et ultra ipsum per aliquem Potestatem Iudicem
~~denarios~~, si vero a decem librarum denariorum supra &c.

vel alium Officialem pertransiri non possit sub dicta poena nisi fuerit de
partium voluntate prorogatus sub poena X librarum denariorum Comunis
Trevii applicandorum. Et quod dicti Controversores teneantur observare quicquid
per dictos arbitros seu arbitratores inter ipsos laudatum fuerit super ipsis poe
na XXV librarum denariorum dandorum et solvendorum de facto a parte
non observante, parti observanti pro medietate et pro alia medietate Camerae
ni predicto per officiales vel ipsorum alium auferendum: et sub poena etiam in com
promissis apposita. Item addendo statuimus ad tollendum omnem materiam j
giorum et ut lites quatenus possibile sit tollantur ac etiam ut discordiae et scan
dala auferantur et in pace vivatur ordinamus et reformamus quod in causis ci
vilibus quibuscumque quae orientur inter consanguineos vel affines usque in tertium
gradum consanguinitatis vel affinitatis secundum jus Canonicum computandum
seu inter socios occasione eorum societatis vel mercantiarum Potestas seu quil
bet alius Officialis dictae terrae Trevii teneatur et debeat sub poena XL libra
rum denariorum applicandorum pro medietate Apostolicae Camerae et pro alia medie
tate Camerae dictae terrae cogere realiter et personaliter partes contendentes seu li
tigantes ad compromissum generale faciendum de jure et de facto constrin
gere modo et incarcerando et multando partem contrafacientem
seu pactos recusantem infra quinque dies postquam
fuerit ab altera partium seu ab aliquo litigantium esset si simplici verbo peti
tur et qualitercumque narretur in duos vel tres consanguineos vel affines seu Amicos
Communes neutri partium suspectos, quorum arbitros et arbitratores et amicos Co
munes. Qui arbitri ad acceptandum dictum compromissum cogantur per dic
tum dominum Potestatem, et incarcerentur, et multentur toties donec accep
taverint, et si pertinaces extiterint in acceptando puniantur in XXV libris dena
pro quolibet renuente applicandis pro medietate Camerae Apostolicae, et pro alia me
dietate Camerae dictae terrae. Et qui habeant liberum arbitrium et amplam po
testatem cognoscendi terminandi et decidendi omnem causam vel causas, lites, seu quae
stiones litigantium de jure et de facto, et omni juris solemnitate obmissa et sine
libello, et solum habito colloquio cum partibus et solum facti veritate inspecta et sine stre
pitu et figura judicii. Et ab eorum laudo seu arbitramento nulla possit peti reductio a

arbitrium boni viri nec de nullitate dici nec in integrum restitutionis petitio exhiberi: et
si petatur talis petitio reductio nullitatis, dictio, seu in integrum restitutionis petitio sit
nulla et nullius valoris ipso iure, et petens incidat in poenam viginti florenorum
auri applicandorum ut supra. Et si dicti arbitri fuerint discordes in laudando quod
partes cogantur eligere tertium arbitrum non suspectum alicui eorum: et si
dictae partes non concordaverint in electione dicti tertii quod dictus tertius arbi-
trator eligatur per Potestatem qui pro tempore erit qui una cum altero dictorum
arbitrorum tertio arbitro requisito possint laudare et arbitrari: et eorum laudum
valeat et teneat. Declarantes quod intelligantur affinitas durare etiam soluto
matrimonio et etiam nulla prole superstite ex eodem Matrimonio. Addicien-
tes quod ubi non peteretur ab aliqua partium ~~dic~~ dictum compromissum quod
Potestas et quilibet alius Officialis ex officio teneantur sub dicta poena dictas
partes ad compromissum cogere inter litis contestationem vel ante terminum
datum ad probandum in causa lata. Teneantur autem dicti arbitri et arbitratores
dictam causam seu causas expedire terminare et finire infra mensem sub poena
XX librarum denariorum pro quolibet ipsorum sine diminutione aliqua applicanda
pro medietate Camerae Apostolicae, et pro alia medietate Camerae Erevii. In aliis vero
causis civilibus in quibus non caderet compromissum predictum seu vertenti-
bus inter coniunctas personas predictas. Statuimus et ordinamus quod per consi-
lium dictae terrae palluctentur et eligantur tres boni homines idonei et
legales et non sint procuratores vel Notarii nec litterati videlicet unus pro
quolibet terzerio. Qui sic electi habeant arbitrium et liberam Potestatem
cognoscendi, terminandi, concordandi, et componendi omnes et singulas causas
seu causam et differentiam inter quoscumque vertentes usque in quantitatem
centum librarum denariorum seu factum vertereturterrae in litigantium usque in dictam summam
sine aliqua iuris solemnitate et sine libello et sine aliquo ordine iudiciario coram eis non admittan-
tur aliquem procuratorem nec advocatum sub poena triginta librarum dena-
riorum pro quolibet ipsorum contrafacentium applicandorum ut supra. Te-
neantur autem dicti electi dictas causas seu causam coram eis devolutas sic
et interiectas expedire componere seu finire vel concordare infra unum

mentum a die quo fuerint requisiti ab aliquo litigante seu litigare volente
vel a die quo coram eis fuerit causa devoluta sub poena quinquaginta libra-
rum denariorum applicandorum ut supra. Adicientes etiam quod a sententia
decisione, compositione vel concordia lata vel facta per predictos non possit
per aliquem appellari vel de nullitate dici seu in integrum restitutio postulari
et appellans seu de nullitate dicens vel aliter reclamans vel in integrum re-
stitutionem petens non audiatur per aliquem Officialem et incidat in poenam
centum librarum denariorum de facto applicandorum ut supra. Et nihilomi-
nus talis appellatio vel nullitatis aut in integrum restitutionis petitio non
valeat ipso jure et mandetur executioni id quod declaratum et factum fu-
erit per dictos electos nulla audita vel admissa exceptione. Adicientes quod
Officium predictorum durare debeat per annum unum, et anno finito polluc-
tentur et eligantur alii tres simili modo cum dicta auctoritate ut dictum
est et sic perpetuo durat tale officium. Et Priores qui pro tempore erunt te-
neantur et debeant in quibuslibet Kalendis Martii pollucare et eligere
in dicto consilio, dictos homines sub poena triginta librarum denariorum pro
quolibet applicandorum ut supra. Item Statuimus et ordinamus quod predicti
sic electi teneantur et debeant omnes et singulas personas inimicatas
et inter quas in futurum inimicitie orirentur vel in presenti essent ini-
micate reducere ad pacem et concordiam et in predictis habeant arbi-
trium et liberam potestatem constringendi, carcerandi, et multandi in
quacumque quantitate denariorum et incarcerari et multari faciendi omnes et
singulas personas inimicatas que pacem facere renuerint. Ac etiam Pote-
stas et quilibet alius Officialis dicte terre Brevi debeat prestare auxilium
et favorem in predictis dictis electis sub poena triginta librarum denariorum
pro qualibet vice qua contrafecerint: et tamen possint et teneantur dictas
personas inimicatas multare vel incarcerare donec pacem fecerint cum
effectu, et de pace faciant instrumentum validum cum clausulis necessariis
et consuetis, et cum poenis adiectione et bonorum obligatione in forma
valida. Declarantes quod si dicti electi circa dictas paces faciendas et dictas

inimicitias sedandas fuerint negligentes puniantur in quinquaginta librarum denariorum pro quolibet applicandorum pro medietate Camere Apostolice, et pro alia medietate Camere dicte terre.

Quare conductoribus proventuum Comunis fiat jus summarium R.o 19.

Statuimus et ordinamus ad hoc ut jura Comunis Trevii non fraudantur sed ab occupantibus illa dicto Comuni penitus relassentur quod Potestas terre Trevii qui nunc est et pro tempore fuerit ejusque Officiales et quilibet eorum teneantur et debeant diebus feriatis et non feriatis ad petitionem cujuscunque conductoris jurium, seu proventuum Comunis vel sindici dicti Comunis facere summarium jus sine strepitu et figura judicii contra omnes et singulos dictas jurisdictiones vel jura vel aliquod, vel aliquem ipsorum indebite tenentes quod si non fecerint dictus Potestas et quilibet alius Officialis Comunis Trevii vel in hoc negligens vel delinquens fuerit in L librarum denariorum debeat condemnari per sindicum qui erit ad sindicandum eosdem. Adjicientes quod nulla bona Comunis Trevii mobilia vel immobilia vendi vel alienari possint nisi factis tribus solemnibus banimentis, et si aliter fieret non valeat ipso jure de dando vel concedendo plus offerenti.

De questionibus per Priores terminandis intra certas personas vertentibus. R.o 20.

Statuimus et ordinamus quod quicumque de terra unde est Potestas Comunis Trevii aliquam questionem habuerit cum aliquo Trebano civilem quod ipsa questio vero tolletur audiatur et terminetur per Priores Comunis Trevii qui erunt tunc temporis, et non per Potestatem vel ejus Officiales nec coram eis cum forense jus debeat reddi diligenter et reddant et reddatur aliis Trebanis secundum jus et formam statutorum Comunis Trevii. Et dicti Priores habeant jurisdictionem et notarium possint ponere quem voluerint recipiendo salarium secundum formam statutorum Comunis Trevii ad scribendum super ipsa questione, et si aliter fieret non valeat ipso jure.

Quare quilibet cogatur ad petitionem Camerarii. R.a 21.

Statuimus et ordinamus quod quicumque teneretur aliquis dare et solvere aliquibus habentibus de Trevio qui emerunt fructus et proventus Communis aut Camerarii Communis Trevii occasione alicujus emptionis vel emptionum ipsorum proventuum vel occasione Camerariatus officii quod Potestas et judex qui pro tempore fuerit et quilibet eorum teneatur et debeat poena prestiti juramenti et centum librarum denariorum de suo salario Communi Trevii applicandorum ad petitionem Camerariorum et cujuslibet ipsorum capere et constringere et capi constringi facere in palatio dicti Communis ipsos debitores et quemlibet ipsorum summarie et de facto sine strepitu et figura judicii omni juris solemnitate pretermissa diebus feriatis vel nonferiatis et ipsos debitores detinere constrictos in dictum est, donec ipsi Camerario totius quod ei deberetur et dictum est fuerit integre satisfactum.

De rebus non alienandis potentioribus R.a 22.

Statuimus et ordinamus quia frequenter fieri et factas fore componens alienationes fictitias et simulatas per quamplures de Trevio et ejus districtu de rebus litigiosis vel que penes quos pacifice non erant vel in eis jus non habent, et de quibus lites et questiones sunt vel esse sperantur in per nobiles et potentes de Trevio et aliunde et aliquando in advocatos et Procuratores et alias Personas propterque jura debilium subvertuntur et opprimuntur indebite. Et ideo volentes hujusmodi fraudibus cum injustitiis obviare, Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Trevio vel districtu ejusdem cujuscumque status vel conditionis existat audeat vel presumat donare, vendere vel permutare seu quocumque alio alienationis titulo transferre aliquam seu aliquas res, seu bona mobilia seu immobilia jura, vel actiones ei vel eis competentes vel spectantes in quibuscumque bonis vel hereditate seu juribus de quibus vel ipsorum aliquo sit vel esse possit verisimiliter lis vel questio seu controversia vel contentio inter aliquos vel cum aliqua persona vel collegio, vel universitate quorum seu cujus pacificam possessionem penes se non habuerit in aliquem seu aliquos nobilem seu nobiles seu potentes vel alias personas de Trevio vel ejus districtu vel etiam aliunde

seu qui vulgariter pro nobilibus habentur vel pro nobili proque seu non subjectam
jurisditionem Comunis Trevii similium vel aliis ad ipsorum vel alicujus eorum petitionem
sine expressa licentia Potestatis terre Trevii qui nunc est et pro tempore fuerit
et consilii generalis dicte terre in quo intersint ad minus L. X Consiliarii quorum
nomina debeant in licentia apparere, que licentia apparere debeat vel obti-
neri debeat ad secretum scrutinium ad bussulas et pallottas per duas partes dicti
Consilii, et nisi primo deliberatum et obtentum fuerit in dicto Consilio modo et or-
dine predictis: et per officium XVIII qui tunc erunt dictam alienationem non fo-
re fictitiam et simulatam vel dolosam. Nec etiam possint alienationes fieri
de rebus litigiosis in advocatos vel procuratores vel alias personas vel personam vel
aliquem eorum seu aliquos nisi servata forma predicta: et si quis contrafecerit in pre-
dictis vel aliquo predictorum vel aliter seu alio modo alienaverit ipso jure contractus
non valeat sed sit nullus et nullius roboris vel momenti: et ex ipso contractu
jus aliquod non acquiratur. Imo ipso facto vendens, donans, vel alienans aliquo
titulo alienationis omni jure et actione quod et quam habebat seu pretenderet in ipsis
vel ipsa totaliter cadat et sit privatus et applicentur adversario seu adversariis contra
quem seu quos dicta malienatio vel contractus fuerit attentatus vel factus. Et
nihilominus tam vendens vel alienans quam emens vel alio titulo alienationis recipiens
ipso facto poenam quinquaginta librarum denariorum incurrat per Potestatem et
ejus curiam de facto exigendam ex suo officio et ad requisitionem cujuscumque per-
sone.

Quod credatur libro mercatorum R.o 23.

Statuimus et ordinamus quod credatur et stetur scripture libros sive libri
cujuscumque mercatoris de Trevio et dicte scripture reperte in ipsis libris dicto-
rum mercatorum sive alicujus ipsorum habeatur plena fides usque in quanti-
tatem XL solidorum denariorum et non ultra et ipsa scriptura pro vera et
legitima habeatur quemadmodum esset confectum publicum instrumentum.
Et si erunt approbate per Magnificos ~~XIII~~ XVIII in eorum consilio detur
fides in omnem quantitatem: que approbatio anno quolibet fieri debeat per
Magnificos XVIII qui tunc in officio permanebunt et per ipsos diligenter videantur et

examinentur nihilominus non obstante quod semel vidissent et approbate essent et si aliqua fraus reperiatur per ipsos magnificos XVIII debeant reprobari et nihilominus per Potestatem Trevii puniri valeat secundum formam juris et statuti terre Trevii loquentium de falsitate.

De diebus solemnibus et festivitatibus custodiendis et celebrandis R.a 24.

Statuimus et ordinamus quod dies dominicalis de Nativitatis Domini cum tribus sequentibus diebus dies festivitatum Beate Marie Virginis die Festivitatis Beati Miliani Martyris Pasqualis Pascatis duobus sequentibus diebus dies Ascensionis Domini dies omnium Apostolorum Evangelistarum, et beati Ventur. Sancti Joannis Baptiste et Sancti Laurentii et dies quilibet Sanctorum et dies veneris de Mense Martii dies Pentecosten cum duobus sequentibus diebus, Sancti Antonii de mense Januarii: Sancte Crucis de mense Maii, et Sancti Angeli de mense Septembris: Sancte Marie Magdalene: Sancte Catarine: Sancte Lucie: et Corporis Christi custodiantur reverentur et celebrentur ab omnibus personis. Et quod nulla Persona de Trevio vel ejus districtu audeat vel presumat magna vel parva opera diebus predictis vel aliquo predictorum laborare vel aliquod laboritium facere nec sarcinam nec ... sinum ducere, vel trahere aliquo colore quesito: et contrafaciens in X solidorum denariorum pro vice qualibet puniatur: et quilibet possit denuntiare et accusare et habeat tertiam partem banni et teneatur in credentia. Et stetur Sacramento Accusatoris. Et nihilominus teneatur Potestas mittere suam Familiam his diebus festivis per contratas rimando pro contrafacientibus. Liceat tamen unicuique aquam herbam, ligna, paleas, fenum, et vinum ... ferre sine poena et banno. Et quod Potestas faciat bannire in vigilia cujuslibet festivitatis sub poena X librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum pro quolibet festo et vice qualibet: Qui dies omnes sint feriati et in eis jus reddi in civilibus non debeat nec aliquis actus his diebus factus in civilibus causis valeat ipso jure. Sint etiam prefati Officiales obligati servare dies vendemiarum prout deliberatum fuerit in consilio gen...

dicti Comunis: Sit etiam feriatum a prima die Julii inclusive, usque ad fe-
stum Beatæ Mariæ de Mense Augusti: quibus diebus et feriis in civilibus causis
omnis judiciorum strepitus conquiescat. Excepto quod Forenses et suspectus et fugitivus
his diebus judicari possint secundum formam juris, et non aliter nec alio modo: quod au-
tem factum fuerit contra prædictam formam in dictis feriis appositum non valeat nec
teneat ipso jure.

De festo Sancti Nicolai et Clementis. R.° 25.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de balia Matildis cujuscumque con-
ditionis existat audeat vel præsumat in diebus festivitatis beati Nicolai et beati
Clementis vel aliquo ipsorum laborare nec sarcinare vel aliquod laboritium facere
sub pœna X solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice: et qui-
libet possit contrafacientes denuntiare et accusare, et habeat tertiam partem banni,
et stetur et credatur sacramento accusatoris.

De Muro faciendo expensis communibus. R.° 26.

Statuimus et ordinamus quod si quis de Brevio vel ejus districtu habuerit aliquam
domum divisam cum aliqua persona quæ non esset clausa inter eos quod fiat murus com-
muniter et communibus expensis inter eosdem de dicta domo inter eas ad petitionem pe-
tentis. Et si aliquis ipsorum habuerit talem domum, et voluerit facere fieri dictum
murum modo prædicto, et unus ipsorum dictum murum facere noluerit, quod ille
qui voluerit facere dictum murum et edificare in alieno seu terreno Comunis fa-
cere possit et expensas quas fecerit alius eidem debeat facienti dictum murum refi-
cere et satisfacere medietatem expensarum secundum estimationem faciendam
per duos Magistros communiter ponendos infra mensem postquam factus fuerit dictus
murus: et ipsam medietatem teneatur reficere dicto facienti infra dictum terminum
declaratum. Et Potestas observet prædicta et observari faciat ad petitionem cujus-
cumque petentis de facto sine strepitu et figura judicii sub vinculo prædicti ju-
ramenti et ad pœnam L librarum denariorum de suo salario Comunis Brevii ap-
plicandarum.

Qualiter murus vendi debeat vicino R.° 27.

Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona voluerit edificare aliquam domum

in castro Trevii pladia vel ejus districtu juxta domum alicujus teneatur vicinus habens murum infra domum suam et domum predictam edificandam vendere medietatem ipsius muri dicto edificanti pro justo pretio secundum extimationem faciendam per duos homines ab eis communiter eligendos ita quod super ipso muro edificare possit ut sibi fuerit opportunum.

De modo vendendi arbores et terram vicinis. R.a 28.

Statuimus et ordinamus quod quicumque habet aliquam arborem seu arbores super terreno alicujus teneatur vendere domino pro justo pretio faciendo extimari per duos vicinos communiter electos unum pro parte domini arboris et alterum pro parte domini terre alias ipsam vel ipsas incidere teneatur et quicumque habet arbores pendentes super terreno alicujus teneatur ipsam arborem vel arbores incidere ad petitionem domini terre: quod si non fecerit elapso termino assignato dominum terre competente quilibet possit ipsam vel ipsas arbores incidere et desecare sine pena et banno, et quicumque habet tria staria terre vel infra in loco in quo vicinus teneat sive possideat a tribus lateribus quod talis qui habet tria staria terre vel minus teneatur et debeat dare vendere et tradere illi qui a tribus lateribus vel pluribus possidet pro justo pretio secundum extimationem duorum minimum ponendorum communiter per ipsos. Et Potestas teneatur et debeat predicta facere observari vinculo juramenti.

Quod minores possint petere divisionem bonorum. R.a 29.

Statuimus et ordinamus quod minores etate possint petere divisionem bonorum quorumcumque cum auctoritate suorum tutorum vel curatorum et ipsam divisionem bonorum facere si Judici videbitur fore utilem pro dicto minore.

Quod habentes possessionem prope domum alicujus teneantur vendere R.a 30.

Statuimus et ordinamus quod quicumque habet aliquam possessionem prope domum alicujus extra terram Trevii et dominus dicte possessionis non habuerit domum in dicta possessione quod dominus dicte possessionis teneatur et debeat vendere habenti domum juxta ipsam possessionem medium starium ad plus juxta domum ipsius qui habet dictam domum secundum extimationem faciendam per duos homines aligendos

videlicet unum pro parte domum habentis, et alterum pro parte possessionem habentis. Et si dicti duo homines sic electi non essent concordes quod per judicem vel Notarium terre Trevii ponatur tertius: et potestas teneatur facere observari predicta ad petitionem cujuscumque petentis ad poenam X librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum.

Quod contractus facti ab Officialibus Trevii non valeant. R.o 31.

Statuimus et ordinamus quod instrumenta facta sive contractus facti Officialibus Comunis vel alicui persone ~~dictum~~ dum esset in officio Camerariatus Comunis Trevii tam depositi quam mutui per aliquam personam a XX annis citra et per ipsum tempus mandato Potestatis vel alicujus Officialis Comunis Trevii, aut causa accusationis vel inquisitionis alicujus que fieret contra eum unde appareret aliqua solutio vel processus que non appareant in actis sint cassa et irrita autoritate presentis statuti. Et talis Camerarius vel ejus heredes nullam actionem habeant ad petendum rationem dicti ~~[illegible]~~ contractus. Et Potestas Judex vel Notarius vel alius Officialis Comunis non audiatur super tali instrumento immo ipsum instrumentum ad petitionem cujuslibet petentis debeat facere cancellari et cogere Notarium ad ipsum instrumentum cancellandum.

Quare ad petitionem Sindici hospitalis Sancti Joannis cogantur debitores. R.o 32.

Statuimus et ordinamus ad hoc ut bona et jura hospitalis Sancti Joannis novi de Trevio non fraudentur: et quod Sindicus dicti hospitalis dicta jura sollicite procuret: quod Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit sive ejus Judex teneatur et debeat vinculo sacramenti ~~[illegible]~~ et poena L librarum denariorum dicto Comuni applicandorum ad petitionem dicti Sindici cogere et constringere realiter et personaliter omnes et singulos homines et personas debentes aliquid dare de jure in dicto hospitali quibuscumque de causis et ipsos detinere ad voluntatem dicti Sindici donec satisfecerint dicto Sindico integraliter recipiente pro ipso hospitali totum id quod de jure dicto hospitali ~~solverentur~~ tenerentur. Et predicta omnia et singula predicti dominus Potestas et judex observent et faciant summarie sine strepitu et figura judicii et oblatione libelli. Et de predictis dictus dominus Potestas vel Judex sindicetur

per Sindicum qui eos sindicabit et repertos culpabiles punire et condemnare teneatur secundum formam capitali supradicti. Et quod sindicus dicti hospitalis qui nunc vel pro tempore fuerit non possit nec debeat de bonis dicti hospitalis incoptimare nec incoptimari facere nisi pro uno anno tantum absque licentia consilii generalis fon nis Ercvii, et consilii majoris extimationis: et antequam dicta bona incoptimentur ba niantur ipsa bona pluribus juribus et diebus.

Quod si dominus alienasset possessionem intelligatur reservatum jus laboratoris vel conductoris. Ru. 33.

Statuimus et ordinamus quod si quis conduxerit aliquam possessionem sive terrenum ab aliquo ad laborandum vel ad coptimum vel domum: et durante tempore laboritie vel coptimi sive conductionis possessionis terreni vel domus dominus illius possessionis vel domus in alium alienaret quocumque genere alienationis apparerent non valeat nec aliquo quesito colore teneat in prejudicium laboratoris possessionis vel petii terre vel conductoris domus scilicet sint ipso jure fructus pars laboratoris et coptumajoli servata etiamsi in instrumento alienationis fuisset facta aliqua mentio reservati et protreservatis ipso facto intelligatur et expelli de possessione non possit nisi primo ipsos fructus scilicet partem tangentem laboratori vel coptumajolo ipsi habuissent item simili modo quod conductor domus vel apotece solvisset aliquid pro pensione vel expensas in ipsa non fecisset necessarias possit retinere domum vel apotecam usque ad integram satisfactionem illius quod plus solvisset vel impedisset in necessitatem dicte rei conducte.

Decredito exigendo infra sex annos. Ru. 34.

Statuimus et ordinamus adiiciendo statuto posito sub Rubrica quod credatur libris mercatorum quod mercator et unusquisque artifex habeant terminum ad exigendum eorum credita a debitoribus eorum sex annorum a die facti et contracti crediti et debiti alias elapso dicto termino sex annorum minime audiantur sed presumatur esse solutum et satisfactum integre, et si quis post terminum predictum exigere tentaret presumatur dolo exigere velle.

Quod Officiales montis exigant pecunias montis eorum tempore

R.a 35.

Statuimus et ordinamus quod Officiales Montis Pietatis teneantur et debeant exigere pecunias mutuatas in pignoribus infra tempus eorum officii, et si elapso tempore deputato ut supra non redimerint vel non exigerent pecuniam mutuatam non debeant habere aliquam mercedem sed merces sit Montis, et incidant in poenam in capitulis contentam.

Quod debitores Montis cogantur ad releuandum pignora. R.a 36

Statuimus et ordinamus quod Officiales Montis Pietatis debeant constringere et cogere, et constringi et cogi facere debitores dicti Montis per officium Potestatis Crevii et ejus curiæ illos qui infra tempus non redimerint pignora ad illa redimenda: et illa merces quæ de jure tangebat depositarijs Montis debeat redire ad utilitatem dicti Montis pro sua mercede et Officialis curiæ potestatis faciens executionem cum effectu habeat medium solidum pro quolibet florino expensis illius qui habet pignora.

De arbitrio Potestatis Iudicis et Socii Militis procedentium in causis summariis. R.a 37.

Statuimus et ordinamus quod Potestas Collateralis sive Iudex et Socius Miles terræ Crevii et quilibet ipsorum de per se possint et valeant cognoscere, terminare, decidere et diffinire omnes et singulas causas lites et differentias coram eis vertentes inter aliquas personas terræ prædictæ et aliunde usque ad summam librarum denariorum XXV, et ad inde infra summarie de plano sine strepitu et figura judicii sola facti veritate inspecta diebus feriatis in utilitatem hominum et non feriatis cum scriptura et rogatione Notarii si aliqua partium voluerit exequendo de facto: et omni solemnitate omissa constito de veritate. Abinde vero super ordinarie secundum formam juris et statutorum dictæ terræ.

Quod Officiales Potestatis non possint se rogare in causis civilibus sive mistis nec de treguis, nec de pace. R.a 38.

Statuimus et ordinamus quod in hujusmodi causis summariis extraordinariis vel ordinariis et de treguis et pacibus nullus Officialis Potestatis terræ Crevii nec alius Forensis possit scribere et rogare nec se rogatum facere de aliquo actu vel scriptura, et si

contrarium apparebit talis rogatio et Scriptura sit ipso jure nulla et nullius valoris vi-
boris officiis vel momenti nullamque fidem faciat. Et nihilominus quilibet praedi-
ctorum contrafaciens incidat in poenam XX librarum denariorum pro quolibet eorum et
ita de praedictis sindicari possit.

De portionibus accipiendis per Officiales in executionibus. Rª 39.

Statuimus et ordinamus quod Socius, miles, et quilibet alius Officialis cujus pono
et auctoritas faciendi executiones in causis civilibus teneantur et debeant facere
omnes et singulas executiones reales et personales in causis civilibus et criminali-
bus et mistis ad instantiam cujuscumque petentis habentis interesse in rebus
liquidis et claris et habeant et habere debeant pro quolibet floreno, videlicet si ex-
cutionem fecerit in trivio et platea medium bolum in causa civili in comitatu vero
bolum unum pro singulo floreno et non ultra. Et de condemnationibus criminali-
pro quolibet ~~lira~~ libra solidum unum id est solidos quinque pro quolibet ~~soldo~~ floreno. In
aliis debitis fiominus ad instar civilium ut supra et executionem suam exigere non
possit nisi prius cum effecta creditor fuerit satisfactus de tota summa poena cuili-
bet contrafacienti librarum X denariorum pro qualibet vice, et credatur solo
te contra dictam formam et contra Officiales usque in solidis X denariis et ab
supra cum uno teste in omnem quantitatem cum juramento soluti et teneantur
dicti Officiales restituere in duplum. In ceteris autem servetur Statutum de porti-
onibus accipiendis etc.

Quod Socius miles non faciat executionem tenutae nisi prius
constiterit de impedimento bajuli. Rª 40

Statuimus et ordinamus quod tam Socius miles Potestatis quam quicumque alius
Officialis Potestatis non possit recedere ad faciendum aliquam tenutam com-
missam pro debito civili vel alio debito misto nisi prius constiterit per
relationem bajulum non potuisse facere executionem propter aliquam
resistentiam alicujus personae: nec possit percipere aliquid pro jura-
mento vel commissione tenutae nisi solum ut in praecedentibus capi-
tulis, quando veram et sufficientem fecerit executionem.

Quod Officiales molestare non possint de inobedientia

aliquem nisi constiterit de precepto R.° 41.

Statuimus et ordinamus ad relevandum oppressos ab officialibus quod in preceptis sportis aliquis Officialis Communis Trevii non possit aliquem exigere penam ab aliqua persona nisi prius constet in actis de dicto precepto vel per relationem bajuli vel per unum alium fidedignum sub pena X librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice Communi Trevii applicandorum: et nihilominus si aliter factus fuerit non valeat.

Quid debeatur Potestati pro decreto et testium examinatione. R.° 42.

Statuimus et ordinamus quod si Potestatem ire oporteret extra Palatium ad interponendum auctoritatem in aliquo contractu ad requisitionem alicujus persone non possit exigere nisi duos bolos, et si in Pladia tres bolos et si in Palatio unum bolum et si tantus fuerit, incidat in penam XXV librarum denariorum qualibet vice et pro examinatione cujuscumque testis habere debeat tam in civilibus quam in criminalibus bolos duos pro se et pro Notario cuiusque tantum.

De salario Officialium exeuntium extra Trevium ad videndum differentias. R.° 43

Statuimus et ordinamus quod si Potestas Judex vel alius Officialis de curia Potestatis Terre Trevii exiverit personaliter ad videndum terminandum et sedandum litem questionem vel differentiam aliquam ad instantiam alicujus persone extra Terram Trevii in comitatum habere debeat bolos quatuor pro qualibet parte et qualibet vice: et plus et minus secundum distantiam loci arbitrio et declaratione dominorum Priorum dicte Terre: et ultra quis non possit cogi ad solvendum quod salarium post factam suam declarationem habere debeat et non aliter nec ante.

Item pro sigillo ponendo in aliqua scriptura vel precepto

nil habere debeat, et in quolibet casuum predictorum si plus vel ultra reciperet incidat in poenam XL solidorum pro qualibet qualibet vice et credatur solventi usque in quantitatem X solidorum ab inde vero supra cum juramento suo et unius testis fidedigni.

Quod Officiales Malefitiorum nil pro responsione in malefitiis recipiant. R.o 44.

Statuimus et ordinamus quod Officialis malefitiorum non possit aliquid exigere ab aliquo pro responsione et datione fidejussoris in malefitiis vel mixtis sub poena centum solidorum denariorum pro qualibet vice et credatur solventi usque in solidis decem denariis applicandis Comuni Crevi.

Cujus expensis dari debeat copia petitionis et rescripti ~~Statuimus et~~ R.o 45.

Statuimus et ordinamus ad tollendam omnem altercationem inter causidicos et Procuratores contendentes saepenumero expensis petitionum et rescriptorum copia dari debeat an auctoris an rei quae copia cujusque primae petitionis et rescripti primo impetrati in principio causae si in ea vel in eo contineatur summa et extimatio XXV librarum denariorum, et ab inde infra detur expensis rei. Ab inde vero super expensis producentis: et predicta intelligimus de primo libello sive petitione et primo rescripto impetrato in causa non autem de aliis petitionibus libellis et rescriptis incidentibus. Idem dicimus in rescriptis moratoriis scilicet quod intelligatur quoniam a principio non fuisset facta aliqua alia petitio vel rescriptum productum nisi illud quod esset inultum judicium. Simili modo dicimus de copia petitionis super executione instrumentorum quod si contineret in se summam XXV librarum denariorum, et infra dicti X copia expensis petentis causam rei. Ab inde vero super expensis producentis instrumentum. Copia vero instrumenti detur expensis

petentis copiam. Item dicitur de copia appellationum illud idem
et recursus quod attendatur summa in iis apposita, pro ut su-
pra in aliis petitionibus et rescriptis.

Decretum Domini Episcopi Spoletani super con-
tractibus non faciendis diebus festivis. R.a 46.

Statuimus et ordinamus quod Decretum Rmi Domini Episcopi
Spoletani infrascriptum prohibens quod Notarii Trebani di-
bus festivis in ipso decreto descriptis non possint se rogare de
aliquo instrumento nec contractu servetur ad unguem et omni-
bus et per omnia cujus quidem decreti tenor talis est videli-
cet. Iesus Constantinus Dei et Apostolicae Sedis
gratia Episcopus Spoletanus salutem in Domino et no-
strorum immo verius Apostolicorum mandatorum obe-
dientiam: Cum omnis potestas a Domino data sit et in
praeceptis sit ejus imitari vestigia, et ab omni specie
mali praecipiat Apostolus abstinere. Cumque plurimorum
veridica relatione percepimus, quod in terra Trevii et ejus
comitatus nostri Episcopatus in diebus festivis in honorem
Dei ordinatis, quaedam perversa consuetudo sit exorta:
quod quasi omnes contractus et instrumenta Notarii dictae
terrae potius in his diebus festivis conficiunt in quibus data
est quies, et oratio Deo fundi debet quam in aliis diebus, et
nullus a contrahendo in dictis diebus festivis se abstinet.
Nos igitur qui curam pastoris habemus, ne lupus oves nostras
perdat et mactet postquam cognita sunt adversus ea opportunis
remediis occurrere cupientes per has nostras patentes litteras
praecipimus et mandamus una pro trina ammonitione canoni=
ca praemissa sub poena excomunicationis et decem ducatorum
auri Camerae nostri Episcopatus applicandorum pro quolibet
et qualibet vice: Quod nullus Notarius cujuscumque conditio-
nis et privilegii et auctoritatis existat audeat vel praesumat

aliquo quæsito colore vel ingenio conficere aliquem contractum
vel instrumentum in dicta terra et ejus comitatu, nec se roget
de aliquo genere et spetie contractuum seu instrumentorum
nec aliam scripturam publicam scribat nec dictet, nec in judicio
ostendat diebus festivis in præceptis ab Ecclesia datis custo-
diendis infrascriptis dumtaxat, videlicet diebus dominicalibus
die nativitatis Domini cum tribus sequentibus diebus. Epipha-
niæ festivitatum Beatæ Mariæ Virginis, die festivitatis San-
cti Miliani Martyris, die Pascatis Resurrectionis domini
cum duobus sequentibus diebus: die Ascentionis Domini
diebus omnium Apostolorum et Evangelistarum, die Sancti
Ioannis Baptistæ. Sancti Laurentii. die omnium Sanctorum
die Pentecosten cum duobus sequentibus diebus. Sanctæ Crucis
de mense Maii, et Sancti Angeli de mense Septembris, et
Sancti Francisci: exceptis dumtaxat testamentis codicillis et
donationibus causa mortis dum solum in mora periculum
immineret. Et etiam exceptis treguis pacibus et compromis-
sis: ex quibus solent oriri concordiæ: et hoc etiam dum esset
periculum in mora alias secus. ac etiam in matrimoniis sive
sponsalitiis. Excepto etiam quando Notarius fuisset requisitus
ab aliquibus qui reciperent injustitiam ab Officialibus et pe-
riculum esset in mora et alio die recuperari non posset:
quo tunc quilibet Notarius possit rogari de protestatione et
appellatione. Exceptis Officialibus forensibus deputatis ad e-
orum officia tamen exceptis causis mercatorum et datiato-
rum in palatio, qui extra non possunt absque pæna. Pe-
ræ suspectis et fugitivis. et etiam excepto quando Nota-
rius fuisset rogatus in Consilio vel in congregationibus
Balivorum quando congregantur ad aliquod bonum publi-
cum. Et similiter modo in Congregatione Artium quæ fit die-
bus festivis quod tunc in urbe Notarius quisque præsens
possit rogari: et exceptis causis Ecclesiarum et Hospitalium

et Piorum locorum: et excepto in Sindicatu Officialium. Et contractus instrumenta et Scripturas illa et illas contra nostra mandata et decreta facta et factas et rogationes si reperirentur decernimus esse ab excommunicatis confecta et confectas et esse nulla et nullas et nulla et nullius valoris. Mandantes insuper universis et singulis Plebanis Prioribus Prepositis Canonicis, et Ecclesiarum Rectoribus Guardianis et Predicatoribus ad quos presentes venerint sub eadem pena quatenus infra missarum solemnia diebus dominicis et aliis festivis in ipsorum Ecclesiis moneant unumquemque ut a predictis se abstineant, et mandent et precipiant evitari sub dictis penis. Et si secus factum fuerit post notificationem hujus nostri mandati et decreti sententiam excommunicationis ipso facto volumus incurrere, et infra solemnia missarum denunptient excommunicatos. Nulli ergo post harum notificationem de cetero liceat has nostras litteras nostre voluntatis et decreti infringere vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit in dictis penis ipso facto volumus incurrere. Et in volumine Statutorum per Cancellarium dicte terre sub eadem pena registrari mandamus. Datum in Episcopali palatio Spoletano die penultimo mensis Octobris MCCCCLXXVIIII et obmisso sigillo sic legi poterat. Scipio Gotis pro Deo. Deinde sic Die ultima Octobris M°CCCC°LXXVIIII. Ego frater Petrus Paulus de Fulginio ordinis minorum Vicarius Conventus Sancti Francisci de Trevio infra solemnia Missarum in dicta Ecclesia die Dominico notificavi et monui ut supra continetur. et in fidem premissorum manu propria scripsi et subscripsi. Die prima Novembris MCCCCLXXVIIII. Ego Dominicus Sanctes Prior Sancti Miliani feci hanc monitionem in dicta Ecclesia Sancti Miliani infra solempnia officia et die festo omnium sanctorum prout et sicut in supradictis litteris continetur et in fidem propria manu scripsi.

De arbitrio Castellanorum super damnis datis et civilibus R.o 47.

Statuimus et ordinamus quod Castellani Sancti Joannis possint cognoscere per totam Vallem Sancti Joannis super damnis datis et poenas exigere cum capitulis contentis: et super civili causa possint cognoscere et terminare usque in X libras denariorum: et quod Potestas et alii Officiales terrae Trevii teneantur praestare eis auxilium et favorem et eorum Officialibus ad requisitionem cujuslibet habentis interesse sub poena XXV librarum denariorum pro qualibet vice qua Potestas ~~co~~ contravenerit vel retardaverit Comuni Trevii applicandarum.

Tabula tertii Libri

De inimicitiis investigandis et pace facienda. R.1
De citationibus faciendis in maleficiis et causis criminalibus R.a 2
De poena blasfemantis Deum, beatam Virginem Mariam vel Sanctos R.3
De conspirationibus et proditionibus non faciendis. R.o 4
De rumore non faciendo in platea vel in terra Trevii . . R.o 5.
De poena homicidium committentium . . R.a 6
De poena conducentis vel detinentis ~~res~~ res sive bestias derobbatas . . R.o 7
De poena conficientis vel fieri mandantis falsum instrumentum R.8.
De poena producentis falsos testes et testis, qui falsum testimonium tulit . . . . R.o 9
De poena facientium furtum vel robbariam . . . . R.o 10
De poena committentis incendium seu combustionem . . . R.o 11
De re non emenda ab aliqua persona infamata . . . . R.o 12
De insultatione armis vel cum armis Rubrica . . . . 13.
De percussione manu vacua sive sanguine vel cum sanguine, et de poena percutientis cum armis R.o 14
Quod domini pro eorum servitoribus teneantur . R.o 15.
De poena offendentis vel inju-

rientis facto vel dicto Priores sive Potestatem . . . . R.ª 16
De pena corrumpentis Potestatem vel suos Officiales . . R.ª 17
De poena committentis scelus Sodomiticum . . . . R.ª 18
De poena cognoscentis Virginem vel maritatam . . . . R.ª 19
De pena sfortiantis vel de monasterio extrahentis Moniales R.ª 20
De pena venenantis vel facientis maliam . . . . R.ª 21
De pena negantis Filium maritum vel aliquem Officialem vel Notarium . . . . R.ª 22
De non apprehendendo vias Communis vel vicinalis auctoritate propria . – . . . R.ª 23
De pena edificantis juxta muros Communis – . – . – . R.ª 24
De pena dequastantis Clauseram molendinorum . . R.ª 25
De pena projicientis lapides vel alia arma contra aliquem Rubrica . – . – . 26
De pena projicientis lapides vel alia arma de muro contra aliquem . – . – . R.ª 27
De poena projicientis lapides in Domum alicujus . – . R.ª 28
De pena exterminantis possessionem . – . – . R.ª 29
De poena turbantis aliquem in possessione sua . . . R.ª 30
De poena apprehendentis possessionem Communis Terrae . . R.ª 31.
De pena testes perjurantis. R.ª 32.
De pena interficientis sive vulnerantis bestias grossas sive minutas . . . . R.ª 33.
De poena dicentis alicui Notarium falsum . – . – R.ª 34.
De pena dicentis alicui verba injuriosa, vel reimproperantis injuriam . – . – . R.ª 35.
De pena committentis vindictam in personam alterius . . . R.ª 36.
De pena ponentis cornua vel alia inhonesta ad Domum alicujus . . . . . R.ª 37.
De pena intrantis aliunde quam per portas vel rumpentis muros . – . – . – . R.ª 38.
De poena mulieris intrantis in palatium Communis . . R.ª 39.
Quod Filius Familias possit in maleficiis respondere R.ª 40.
Quod Mulieres possint testificari in maleficiis – . – . R.ª 41.
De maleficiis commissis inter

mulieres ... R.a 42.

De pena non observantis pacem ... R.a 43.

Quod Filius carceratur ad petitionem Patris ... R.a 44

De pena facientis in strata scalas vel pilastrum ... R.a 45

De pena petentis debitum solutum ... R.a 46.

De pena forensis percutientis Urbanum ... R.a 47.

De pena laborantium possessiones Forensium non solventium dativas ... R.a 48

De eo qui declinaverit juridictionem Comunis Urbini ... R.a 49.

Quod Potestas non possit aliquem gravare in pignoribus ... R.a 50.

De pena facientis hostium quod aperiatur versus viam ... R.a 51.

De sententiis dandis in Consilio generali ... R.a 52.

Quod nemo cogatur ad respondendum nisi prius accusa sive inquisitio fuerit registrata R.a 53.

Qualiter convictus maleficium cogatur ad confitendum R.a 54

De domibus et muris non destruendis ... R.a 55

De pena forensium euntium

de proventibus Comunis ... R.a 5

Quod Potestas possit punire de ludentibus ad similia ... R.a 5

De diminutione penarum ... R.a 58

De duplicatione penarum R.a 59

Infra quantum tempus debeat terminari processus ... R.a 6

De illis qui contumaciter ad p-nam in maleficiis ... R.a 6

De testibus cogendis in maleficiis ... R.a 62.

De pena imponenda per Officiales ... R.a 6

De penis exigendis sine lata sententia ... R.a 6

De arbitrio Potestatis puniendi in maleficiis ... R.a

Quod Potestas valeat procedere per inquisitionem diebus feriatis et non feriatis et non vi~~[illegible]~~tietur processus sive sententia ratione solemnitatis obmisse Rub. 66.
~~[illegible] solemnitatis obmisse~~

De reconsignatione librorum Potestatis ... R.a 6

De pena frangentis carceres R.

De pena aperientis hostia domorum occulte ... R.a 6

De pena dicentis vel facientis aliquod inhonestum alicui mulieri Rub: — —

De poena tentantis officium Domini Potestatis vel suorum Officialium . . . . . R.a 71

De poena facientis aliquam rationem et arma capientium Rub. 72

De Bonis hospitalis Sancti Joannis non fraudandis . . . . . R.a 73

Quod Officiales non faciant novitatem in Palatio . . . . . R.a 74

Quod nullus presentet Potestati R.a 75

Quod nil detur aut donetur Potestati . . . . . R.a 76

Quod Potestas teneatur facere custodiri carceres . . . . R.a 77

De conspectu petitionum R.a 78

Quod Potestas teneatur facere inquisitionem de rebus Comunis R.a 79

Quod Potestas et sui Officiales observanter observare omnia Statuta . . . . R.a 80

Quod contumaciter condemnatis solventibus infra X dies condemnationis diminuatur quarta pars Rubrica 81

Quod Platea Comunis sit libera et expedita . . . . R.a 82

De poena Officialium carcerantium aliquem injuste vel tormentantium sine licentia Dominorum Priorum . . . . . . R.a 83

De poena receptantium exbannitos et committentium homicidium et auxilium prestantium. R.a 84

Quod nullus dicat viva la parte Guelfa vel Gebellina . . . . R.a 85

De poena negantis pignus . . . R.a 86

De poena prestantis opem vel consilium maleficio . . . . R.a 87

Quod quilibet Prioratus teneatur fabricari facere duas perticas mensurae . . . . R.a 88

De poena offendentis dicto vel facto homines Castri Sancti Joannis occasione tam facte separationis . . . . . R.a 89

De poena tentantis vel procurantis auferre vel separare Castrum Sancti Joannis a Comunitate Trevii et ejus obedientia . . . . . R.a 90

De poena plorantium in funeribus et vociferantium extra domum R.a 91

De arbitrio Magnificorum Dominorum Priorum terrae Trevii R.a 92

Quod Potestas teneatur includere processus infra X dies a die commissi maleficii R.a 93

De poena offendentis Castellanos Sancti Joannis . . . . R.a 94

De arbitrio Castellanorum Sancti Joannis in maleficiis . . . R.a 95

De pena Castellani qui intro-
mictit aliquem in turrim
Sancti Ioannis . . . . R.a 96.
Pena Castellanis quando ad mi-
nus duo non stetur in rocca de die
et tres de nocte . . . . R.a 97
Quod si privilegiatus non suppo-
situs jurisdictioni Trevii de rissa
cum supposito penam non sol-
verit sic etiam suppositus non
solvat . . . . . R.a 98
Quod Trebanus in penis pecunia-
riis delinquens contra forensem
puniatur tertia parte eiusdem
Rubrica 99
Quod maleficium sufficiat re-
ferri per unum ex capitaneis
infra dictum tempus . . . R.a 100
De forensibus piscatoribus et au-
cupantibus in Territorio Trevii R.a 101
Quod quicumque commiserit male-
ficium pro defensione jurium
et confinium terre Trevii vel
in prestando auxilium non tenea-
tur ad penam contra forenses R.a 102
Quod Trebano liceat contra foren-
sem venientem in territorium Tre-
vii causa offendendi Trebanum
vocare amicos et consanguineos
Rubrica 103
Quod multitres male fame contra
voluntatem vicinorum non
possint stare in convicinia R.a 10[illegible]
De pena vendentis terrenum in
sine prope confines alicui non s
post.to Comuni Trevii, et de pe-
na Notarii Camere si levave
de Catasto . . . . R.a 1[illegible]
De pena extrahentis granum de
Camera Comunis vel domo molen-
dinorum sine bulletta Domi-
norum Priorum . . . . R.a 1[illegible]
De pena facientium madium R.a [illegible]
De pena Capitaneorum non ac-
quirentium possessiones forensium
non solventium dativas . . R.a 10[illegible]
De non solvente dativam vel ali-
debitum Comuni . . . . R.a 10[illegible]
Quod Cancellarius non possit al-
gi vel refirmari nisi per sex
menses et debeat habere flore-
nos sex si retinet Notarium
alias quinque. et quando non fue-
rit custodia debeat habere pro
ca et attramento florenum u-
num. et teneatur ostendere per
Scturas sine pretio cuilibet pete-
ti, et non possit retinere Offi-
cialem illum, qui stetit sex
preteritis mensibus et teneatur
obedire dominis Prioribus et solu-
tio salarii Cancellarii debeat
apperere in manu Notarii Camere

et non manu Cancellarii R.º 110.
Quod Camerarius non solvat ali-
quid nisi de licentia Magnifico-
rum Dominorum Priorum R.º 111.

De inimicitiis investigandis et pace fienda R.a 1.o

Statuimus et ordinamus quod Potestas qui pro tempore erit vel fuerit
ad regimen Communis Trevii teneatur et debeat precise per se et
suam curiam inquirere et investigare omnes et singulas
inimicitias preterquam de homicidio que essent inter
quoscumque Trevianos, et ipsis inventis cogere inimicantes inter
se pacem firmam facere ad petitionem cuiuscumque pe-
tentis: et si quis dictorum inimicantium pacem facere recu-
saverit expresse ipsum vel ipsos de Trevio et Districtu longe
per XX miliara ad minus ad confinia ponere et ibi ipsum
vel ipsos stare faciat et morari, et non permictat quod inde
discedat nisi primo cum adversario pacem fecerit. Et nihilo-
minus ipsum vel ipsos qui pacem recusaverint in centum li-
bris denariorum Communi Trevii condemnetur, et nihilominus
dominus Potestas ab ipso vel ipsis qui pacem facere recusave-
rit recipere debeat bonos et idoneos fidejussores de quingen-
tis libris denariorum cortis et pluribus sicut sibi videbitur de
non offendendo aliquem toto tempore sui regiminis, et qui con-
tra fecerit provice qualibet in quingentis libris denariorum
cortis et pluribus sicut sibi videbitur Communi Trevii condemne-
tur, et si quis occasionem predictam appellaverit ipsa ap-
pellationis causa expensis Communis Trevii defendatur, et de
predictis inimicitiis inveniendis vel inquirendis Potestas
infra unum mensem post introitum sui Offitii inquirere
teneatur, et si Potestas vel sua Curia predicta non fece-
rit vel negligens fuerit perdat de suo Salario centum libras
denariorum cortis que remanere debeant in Communi, et qui
dictas inimicitias Potestati dixerit in credentia teneatur.
in quibus Potestas si contra fecerit absolvi non possit, et si quis
consuluerit quod absolvatur ab aliquo predictorum in XXV

librarum denariorum curtis condemnetur hoc modo insuper quod Potestas et sua Curia teneatur et debeat cogere et cogi facere quatuor homines de proximioribus consanguineis quos habuerit ille qui cum suo adversario pacem facere recusaverit et eos detinere possit in palatio vel alibi prout sibi videbitur expedire et factis negotio Suadebit, et quilibet possit talem pacem facere recusantem offendere sine poena.

De citationibus faciendis in maleficiis et causis criminalibus

R.o 2.

Statuimus et ordinamus quod quicumque persona masculus vel Femina de Crevio vel ejus Districtu esset de aliquo maleficio accusata denuntiata vel contra eam per inquisitionem ex officio curiae processum fuerit debeat ex parte Potestatis vel Judicis semel citari vel requiri personaliter vel bis ad domum ejus solitae habitationis quod veniat et compareat infra primam diem post citationem factam coram Judice Potestatis ad se excusandam de his de quibus de eo accusata vel denuntiata est vel contra eam ex officio curiae inquiritur, et si dicta Persona citata in termino citationis legitime non comparuerit ad se excusandum de contentis in processu formato contra eam elapso dicto termino possit et debeat poni in banno usque in quantitate in qua condemnari deberet si dictum maleficium contra eam legitime probatum esset, et in ipso bannimento et banno assignetur ei terminus trium dierum infra quem possit et ei liceat comparere ad se excusandum et defendendum, et si infra dictum terminum et bandimentum predictum non venerit ipsa nec alius pro ea legitime qui eam excuset sive legitime eam defendat elapso termino bandimenti ei assignato condemnetur in quantitate et poena, quae imponentur ex forma Statutorum predic

maleficio sive maleficiis tamquam si de maleficio constaret contra eam et dicta persona esset convicta et testibus superata, si autem persona accusata denuntiata sive inquisita fuerit forensis et extra terram et districtu Crevi, citetur bis sono tube in scalis palatii dicti Potestatis spatio trium dierum quod compareat coram dicto Judice ad se excusandum de his de quibus contra eam proceditur factis dictis citationibus ponatur in banno in quo banno terminus quinque dierum dicto accusato assignatur infra quem possit et sibi liceat comparere ad se excusandum quibus terminis elapsis et ipsa non comparente per se vel alium legitime possit et valeat et debeat condemnari ac si de maleficio constaret contra eam et dicta persona esset convicta et testibus legitime superata: si vero dicta persona forensis sive terrigena sive districtualis dicte terre comparere voluerit et legitime se excusare coram Judice dicte terre qui se excuset confitendo vel negando terminum eidem assignetur quinque dierum per dictum Judicem ad omnem suam defentionem faciendam de contentis in processu formato contra eam. Qui terminus sit et habeatur pro legitimo capitulo ~~vel~~ et lege aliqua non obstante, et teneatur Potestas, Judex, et Notarius ad petitionem inquisite persone accusate vel denuntiate ante responsionem et accusationem ~~[illegible]~~ ipsius legere totum processum persone inquisite accusate vel denuntiate presente suo advocato vel procuratore, et suas legitimas exceptiones recipere et defentiones et eidem petenti copiam totius processus dare sine aliquo pretio vel mercede, et donec copia detur accusato vel denuntiato vel inquisito et eidem termino et tempus ad defentionem datus non currat; et infra terminum defentionis datum Judex ~~denun~~tiare debeat exceptiones

obstare vel non obstare prout sibi de jure videatur vel eidem in processu causæ reservare, et tempore responsionis advocatus dictæ personæ vel Procurator ipsius possit interesse predictæ executioni, et Judex teneatur et debeat observare, et observari facere ad poenam XXV librarum denariorum de ejus salario pro qualibet vice, cujus poenæ medietas sit dicti Comunis, et alia personæ accusatæ denuntiatæ et inquisitæ, et teneantur dicti domini Potestas et ejus Judex a dicta persona recipere tempore excusationis idoneos fidejussores detestando et parendo in mandatis curiæ, et de solvendo omnem condemnationem de eo factam vel fiendam, et dictus Dominus Potestas suique Offitiales et famuli vel aliquis ipsorum non possint nec debeant aliquam personam de Brevio vel ejus districtu carcerare vel in carcerem ponere nec etiam intus vel in alio loco tenere occasione alicujus malefitii commissi prout nec ob aliam causam, si ipsa dederit vel dare voluerit cum effectu idoneos fidejussores de solvendo condemnationem fiendam de eo et de parendo in mandatis curiæ, et si prædicta persona predictos fidejussores dare noluerit liceat, et licitum sit domino Potestati et suis Offitialibus ipsam ponere in carceribus et eam donec solverit retinere et predicta dicti dominus Potestas Offitiales, famuli, et quilibet ipsorum observare teneatur ad poenam L librarum denariorum pro qualibet vice Communi Brevii applicandorum, dum tamen quod predicta se non extendant: videlicet quod non possint carcerari in furibus latronibus homicidiariis fallariis et in illis quod personaliter puniri deberent.

De poena blasfemantis Deum, Beatissimam Virginem Mariam vel Sanctos. R. 3

Quia continue gratias et laudes Domino nostro Jesu Xto referre debemus et agere quas nec mens nostra potest concipere, nec lingua proferre. Nam multas quidem adeo meruimus largitates et innumerabilia circa nos beneficia consequimur pro quibus nihil dignum nos egisse confidimus: ideo statuimus et ordinamus quod si qua persona blasfemaverit Deum vel Virginem Mariam ejus Matrem pro qualibet ipsorum et qualibet vice in XXV librarum denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero alia verba vituperosa vel injuriosa in obbrobrium dixerit: videlicet ad onta de Dio et della Vergine Maria vel alia verba his similia in X librarum denariorum vice qualibet Comuni Trevii condemnetur, si vero Sanctos vel Sanctas Dei vel aliquem ipsorum blasfemaverit in X librarum denariorum vice qualibet et pro quolibet Comuni Trevii condemnetur, et cuilibet sit licitum accusare et habeat tertiam partem banni et habeatur in secretum et etiam sit pro legitima probatione super predictis blasfemantibus probatio unius testis de audito et alterius testis de publica voce et fama. Si vero juraverit Sanguinem Dei vel virginis Mariae in XX solidorum denariorum Comuni Trevii condemnetur. Si vero juraverit Sanguinem ~~[illegible]~~ aliorum Sanctorum vel Sanctarum in X solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice qualibet condemnetur, et eandem poenam incurrat si juraverit per corpus viscera, vel aliquod membrum supradictorum et stetur et credatur sacramento accusatoris et Potestas teneatur et debeat tales blasfemantes et jurantes punire et poenas exigere sub poena XXV librarum denariorum Comuni Trevii applicandorum. Item addendo predictis et melius et validias extendendo et reformando declaramus et statuimus cum Deum et Sanctos ejus toto corde, ore, et opere laudare teneamur et multis diabolicis

11A

seducti

tentationibus contrarium faciunt blasfemando, quamobrem ut saltim metu poene compescantur hinc est, quod si quis Deum blasfemaverit dicendo maledicto sia Dio per lo sconfitto vel per lo maledicto aut per lo scorticato Dio et his similia ipso facto incidat in poenam XV librarum denariorum, cujus poene quarta pars sit accusatoris qui teneatur in secreto, quarta pars sit officialis executionem facientis, et reliquae duae partes sint Montis Pietatis et credatur de predictis sacramento accusatoris cum uno teste idoneo et fidedigno et non aliter nec alio modo. Item si quis maledixerit Beatam Virginem dicendo maledicta sia la Vergine Maria, vel aliter membra Beatae Virginis vituperose nominando videlicet per anum per vulvam Beatae Virginis Mariae juraverit ipso facto incurrat et incidat in poenam XV librarum denariorum applicandorum ut supra, et similiter credatur sacramento accusatoris cum uno teste idoneo et fidedigno, et non aliter nec alio modo. Item si quis maledixerit Sanctum Joannem Baptistam vel aliquem Apostolorum vel Sanctum Milianum Protectorem populi dictae terrae dicendo maledicto sia aut ad dispecto, vel per lo maledicto vel his similia ipso facto incidat in poenam X librarum denariorum applicandorum et exigendorum ut supra. Item si quis blasfemaverit ut supra alios sanctos vel sanctas Dei ipso facto incidat in poenam Lta solidorum cujus poenae quarta par sit accusatoris, quarta Officialis executionem facientis et reliquae sint Montis pietatis et credatur sacramento accusatoris vel Officialis inventoris cum uno teste idoneo et fidedigno et non aliter nec alio modo. Qui Officiales seu Potestas coram quo fieret talis denunptiatio vel accusatio teneatur sub poena X librarum denariorum de suo salario tempore sui Sindicatus retinendorum eadem die vel sequenti mictere copiam

ad Cameram taliș denumptie accusationis sive inventionis facte ꝑ Officialis predictos non nominando accusatorem vel denumptiatorem, sed nomen accusati, denumptiati, vel inventi ut supra blasfemare et similia et qualitatem delicti et diem et locum dicti commissi delicti. Item si quis juraverit ꝑ corpus vel ꝑ sanguinem, vel ꝑ aliquod membrum Dei vel Virginis Mariae puniatur ut supra. Si dictorum Sanctorum vel Sanctarum Dei ipso facto incidat in poenam XX solidorum applicandorum et exigendorum ut supra procedendo, et si quis dixerit ꝑ Dio ꝑ la fede de Dio, ꝑ la Vergine Maria, ꝑ la nostra donna et his similia non teneatur ad aliquam poenam.

De conspirationibus et proditionibus non faciendis R.o 4.

Statuimus et ordinamus quod quicumque haberet faceret vel pertractaret in terra et districtu Erevii aliquem tractatum vel conspirationem dictam terram subvertendo, vel aliquod ejus castrum sive fortillitium occupando et quietem, et bonum statum presentis Statuti popularis perturbando si in fortiam Comunis pervenerit vel pervenerint ꝑ dictam terram Erevii trahinentur ad caudam asini usque ad locum justitie postquam furcis laqueo collo suspendantur sive suspendatur: itaque penitus moriatur et omnia ejus sive eorum bona dicto Comuni publicentur et confischantur, et in predictis ordinamentis et quodlibet eorum volumus et mandamus masculinum genus concipere femininum legibus seu constitutionibus in contrarium disponentibus non obstantibus quibuscumque.

De rumore non faciendo in platea vel in terra Erevii R.o 5.

Statuimus et ordinamus quod nulla Persona cujuscumque conditionis existat tam terrigena quam Forensis audeat vel presumat in platea Comunis Crevi sive in dicta terra facere vel concitare aliquem rumorem propter quod bonus et pacificus Status terre Crevi perturbari posset poena librarum CC denariorum et intelligatur dictum pacificum Statum perturbari posse quando in predictis apotece artificum existentes circum circa plateam clauderentur et arma caperentur et similiter si in dicta terra homines dicte terre eorum negotia delinquerent et arma caperent ad rumorem trahendo, si vero alium rumorem facerent ad quem currerent homines a V supra in XXV librarum denariorum Comuni Crevi condemnentur vel condemnetur.

De poena homicidium committentis

No 6

Statuimus et ordinamus quod quicumque in terra Crevi vel ejus territorio dolose et appensate homicidium commiserit et in fortiam Comunis pervenerit si fuerit in Personam alicujus terrigene vel de territorio dicte terre Crevi absque redemptione aliqua capite puniatur ita quod penitus moriatur et ejus bona Comuni Crevi applicentur et confiscentur. Si quis vero mandaverit aliquod homicidium fieri et mandatum homicidii perfectum fuerit tam mandans quam mandatarius simili poena puniatur, si quis vero mandaverit homicidium fieri et mandatum sibi commissum non fecerit sed per ipsum non stetit quin dictum maleficium committeretur tam mandans quam mandatarius in libris trecentis denariis condemnetur, si quis vero alicui homicide dederit vel prestiterit adsistendo auxilium, consilium et favorem et homicidium aliquod committeretur et per dictum homicidam executioni mandaretur et mitteretur in libris

quingentis denariis puniatur, quam poenam si non solverit infra decem
diis a die latae Sententiae contra eum vel eos capite puniatur
ita quod penitus moriatur. Si quis vero non ex proposito nec dolo
aliquod homicidium in persona alicujus Trebani vel de districtu
Trevii commiserit vel fecerit, si ex aliqua culpa in libris du-
centis denariis comuni condemnetur, si pacem habuerit a propinquiori-
bus dicti occisi quandocumque ante latam Sententiam: Si autem
pacem non habuerit et aperte probatum fuerit quod non
ex proposito vel dolo dictum homicidium commiserit, sed ex
aliqua culpa in libris CCC denariis condemnetur. Si vero homi-
cidium per aliquem de Trevio vel ejus districtu in personam
alicujus Forensis commissum fuerit puniatur commictens poe-
na qua puniretur Civis vel Terrigena illius Civitatis vel
terrae vel loci unde esset talis occisus. Si aliquem in illa
Civitate terra vel loco Forensem occidisset, et si dictus oc-
cisus esset distans per C miliaria et ultra quod sciri non possit
quis vel quod ignotus esset in libris CCCC denariis puniatur
et simili poena si quis dictum homicidium fieri manda-
verit vel mandasset sive consilium auxilium, vel favo-
rem dicto homicidae ut dictum homicidium habilius com-
micteretur prestasset adsistendo in libris CCC denariis punia-
tur. Si vero in dicta terra Trevii vel ejus territorio Forensis
Forensem vel Trebanum occiderit et in manum Communis per-
venerit sine aliqua remissione poena capitis puniatur,
ita quod penitus moriatur et ejus bona Comuni Trevii extunc
sint penitus confiscata. Si quis vero aliquem homicidam in do-
mo sua propria vel conducta receptaverit in libris quin-
quaginta denariis Comuni Trevii condemnetur vice quali-
bet. Si quis vero aliquem alium exbanditum vel condemna-
tum Communis Trevii receptaverit vel retinuerit in domo pro-
prio

vel conducto, et dictus talis exbanditus vel condemnatus esset exbanditus vel condemnatus in C. librarum denariorum vel ultra receptans in XX librarum denariorum Communi Crevii condemnetur, si vero talis exbanditus et condemnatus esset exbanditus et condemnatus in L librarum denariorum vel ultra usque ad ~~ducentas~~ centum libras dictus talis receptans in ducentis solidis denariis Communi Crevii condemnetur, si vero dictus exbanditus et condemnatus esset exbanditus et condemnatus in XX libris denariis et abinde supra usque in quinquaginta libris denariorum dictus talis receptans in centum solidis denariorum Communi Crevii condemnetur, et si dictus talis esset exbanditus et condemnatus a XXX libris infra in C solidis denariorum Communi Crevii condemnetur, et in quolibet predictorum casuum teneatur quis exbandi~~mentum~~tus receptasse quando una die exbandi~~mentum~~tum vel una nocte in domo retinuerit vel secum stare visus fuerit, et Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur et debeat sub vinculo prestiti juramenti et poena L librarum denariorum Communi Crevii applicandorum contra predictos et quemlibet ipsorum inquirere et repertos vel palites ut supra condemnare.

De poena conducentis vel detinentis res sive bestias derubatas R.o 7.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscumque gradus vel conditionis existat de Crevio vel ejus Districtu audeat vel presumat vel aliquo tempore vel sub aliquo quesito colore portare vel portari facere sive conducere vel conduci facere in terra Crevii vel ejus districtu aliquas res sive bestias derubatas extra territorium et districtum Crevii poena librarum XXV denariorum Communi Crevii applicandorum

Si dictę res sive bestię furatę fuerint valoris et communis extimationis librarum XXV denariorum, et abinde infra abinde vero supra incidat in poenam librarum centum denariorum Communi Crevii applicandorum, et in quolibet dictorum casuum condemnetur ad restitutionem sive ad emendationem dictarum rerum furatarum damnum passo, et simili et eadem poena puniatur detinens sive receptans si predicta sciverit et aliter non, et si fuerit forensis in duplum dictę poenę puniatur, et in restitutione predicta damnum passo condemnetur, et si dictus forensis dictam minorem poenam solvere non poterit infra decem dies a die latę sententię contra eum fustigetur et fustigari debeat per totam terram Crevii et perpetue exbandiantur de dicta terra et ejus districtu in amputatione manus ejus sinistrę sibi amputandę, si quo tempore pervenerit in fortiam Communis Crevii, et si poenam majorem solvere non poterit infra dictum terminum decem dierum a die latę sententię contra eum fustigetur et fustigari debeat per totam terram Crevii et bulletur in fronte cum ferro ignito signo Communis Crevii, et perpetue exbandiantur de dicta terra Crevii et ejus districtu poena furcarum.

De poena conficientis vel fieri mandantis falsum instrumentum

R. 8.

Statuimus et ordinamus quod si quis confecerit aliquod instrumentum falsum vel alias scripturas vel si quis fieri fecerit vel si quis usus fuerit vel falsificaverit in libris LL denariis Communi Crevii condemnetur, et perpetuo sit infamis, si quis autem plura instrumenta vel scripturas falsas confecerit vel fieri fecerit vel falsificaverit,

vel usus fuerit in libris CC denariis Communi Trevii condemnetur et mitriatur, et fustigetur per terram Trevii, et de dicta terra et ejus districtu soluta prius poena capellatur, et perpetue exbandiatur de dicta terra, et ejus districtu sub amputatione ejus manus dextre sibi amputande si quo tempore postmodum in fortiam Communis devenerit, et in quolibet predictorum teneatur et condemnetur parti lese de dannis et interesse et expensis induplum. si ipsa pars lesa voluerit et sibi placebit.

De poena producentis falsos testes, et testis qui falsum testimonium tulerit

N.° 9.

Statuimus et ordinamus quod si quis produxerit falsos testes contra aliquam personam in aliqua causa civili pro quolibet falso teste in XXV librarum denariorum Comunis Trevii condemnetur, et talis testis qui falsum testimonium tulerit in C librarum denariorum Communi Trevii condemnetur. Si quis vero in causa criminali produxerit contra aliquam personam falsos testes pro quolibet teste in L librarum denariorum Communi Trevii condemnetur, et testis qui in causa criminali falsum testimonium dixerit in C librarum denariorum Communi Trevii condemnetur, et in quolibet casu producens teneatur parti lese ad danna et interesse et expensas induplum in quo duplo debeat condemnari per Potestatem vel ejus Judicem talis producens quando Potestati vel Judici ligitime de expensis vel interesse constiterit. Si quis vero privatam scripturam falsificaverit que scriptura contineret aliquid dari vel fieri in L librarum denariorum Communi Trevii condemnetur, et sit ipso jure infamis, et in quolibet casu dicti falsificatores dictarum

Scripturarum teneantur parti lese ad damna expensis et inte
resse in duplum, et si predicti circa predicta vel aliquod pre
dictorum delinquentes dictam poenam non solverint infra
XV dies a die late sententie contra eos numerandos et postquam
in fortiam Comunis Brevii devenerint quod Dominus Potestas qui
nunc est et pro tempore fuerit habeat plenum et liberum ar
bitrium in puniendo eos pro ut sibi videbitur inspecta qua
litate criminis et persone poenam cum quarto mulctate
mus remittendo.

De poena facientis furtum vel robbariam

R.° 10.

Statuimus et ordinamus quod si quis vel si qua furatus vel furata
fuerit alicui aliquam rem X solidorum valoris vel infra in
centum solidis denariis Comuni Brevii condemnetur. Si vero fue
rit valoris XXX solidorum in XV librarum denariorum Comuni
Brevio condemnetur. Si vero fuerit valoris XX solidorum in X li
brarum denariorum Comuni Brevii condemnetur. Si vero supra
= usque in tres libras vel supra triginta solidis supra
valorem XL solidorum denariorum = in XX librarum Dena
usque in XL solidis
riorum Comuni Brevii condemnetur. Si vero fuerit valoris
C solidorum denariorum in XXX librarum denariorum Comu
ni Brevii condemnetur. et simili poena condemnetur si fuerit
a XXX libris denariorum supra usque in centum solidorum.
Si vero fuerit valoris a centum solidis supra usque in X libra
rum denariorum in L librarum denariorum Comuni Brevii
condemnetur et simili poena condemnetur si fuerit valo
ris X librarum denariorum, si vero abinde supra puniatur
arbitrio Potestatis usque in ducentis libris denariorum inspecta
qualitate rei furate vel subtracte conditione persone et
temporis. Si vero per vim alicuius rem aliquam alicui dero
baverit vel furatus fuerit, et dicta res fuerit valoris s

w

112

XX solidorum denariorum vel infra in X librarum denariorum Comuni Crevii condemnetur, si vero fuerit valoris a XX solidis supra usque in ~~denariorum~~ XXX solidorum vel abinde supra usque in XL solidorum denariorum in XX librarum denariorum Comuni Crevii condemnetur, si vero fuerit valoris abinde supra usque in centum solidorum denariorum in L librarum denariorum Comuni Crevii condemnetur. Si vero abinde supra puniatur arbitrio Potestatis usque in ducentis libris denariorum inspecta qualitate personae et quantitate et conditione loci et temporis, si vero dictae res subtractae vel derobatae fuerint majoris extimationis XXXV librarum denariorum tunc Dominus Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit habeat plenum et liberum arbitrium contra predictos fures et derobatores in procedendo inquirendo et sententiando inspecta qualitate rei subtractae seu derobatae conditione personarum loci commissi criminis et qualitate temporis: dummodo poena non sit minor penis suprascriptis; et in similibus poenis incidat graduatim qui talia furta receptaret sive auxilium, consilium, vel favorem prestaret, et quod publici et famosi fures et latrones et stratarum derobbatores furcis laqueo suspendantur ita quod moriatur omnino et illi intelligantur publici et famosi fures et latrones et stratarum derobbatores qui tria furta sive tria latrocinia sive tres derobationes diversis horis et temporibus commiserint excedentia in totum valorem XL librarum denariorum de quibus futurorum Potestatum dictae terrae conscientias oneramus

De poena commictentis incendium seu conbustionem R.o 11.

Statuimus et ordinamus quod si aliqua conbustio vel incendium factum fuerit in aliqua domo, capanna, area, vel palcari, vel

barcharea bladii paleis comburens domum in terra Trevii
vel ejus districtu aut combustionem faciens condemnetur
quemadmodum si homicidium commisisset et prout in
capitulo de homicidio continetur; et dictum damnum pa-
tienti emendare in duplum et in predictis debeat condemna-
ri; et si in paleari, meta, vel barcha ignem miserit
in XXV librarum denariorum dicto Comuni condemnetur
et damnum patienti emendet, si autem in aliis rebus in-
cendium vel guastum commissum fuerit in Trevio et di-
strictu ejus poena simili puniatur, et si ille cui incendium
vel guastum factum datum seu commissum fuerit ignora-
verit malefactorum jurando ad Sancta Dei Evangelia
malefactorum ignorare dicta contrata seu tersaria in qua
talia commissa fuerint damnum patienti emendare
teneantur, si autem extimatio rei excederet quantitatem
XL solidorum denariorum tota Tersaria in qua commis-
sum fuerit tale maleficium emendare teneatur salvo
quod homines Castri vel Cladie ad emendationem dicti
damni nullatenus teneantur, et si aliqua damna data
fuerint vel incendia et ignoraretur malefactor tunc
super ipsis damnis et incendiis datis et quibuslibet eorum
cognoscendis, et inveniendis talis ordo servetur: videlicet quod
cui vel quibus damnum datum fuerit talis offerat peti-
tionem suam Judici vel Notarii seu aliis Offitialibus curie
et intentionem in qua contineatur damnum suum vel
eius extimationem, et res que sibi fuerint deguastate
et super ipsa intentione juret de veritate dicenda et su-
per hoc Sindicus de Tersaria in qua fuerit datum dam-
num si voluerit aliquid dicere vel hostendere damno do
non habeat advocatum et detur sibi terminus ad probandum

dictam intentionem et extimationem damnorum predictorum vocando duos homines de propinquioribus vicinis ad ipsius damnum quos ipse producat in testes qui possint testificari de visu vel credulitate quorum extimationi stetur et fides plenissima habeatur, dummodo probet damnum patiens sic fuisse res laxas et in ipsa causa summarie procedatur et decidatur. Non obstantis si juris ordo fuerit pretermissus dummodo pro ipso damno ex estimatione ipsius fiat divisio contratatum hoc modo videlicet quod punze et radicosa maniianum cum eorum pertinentiis sit una contrata populus Sancti Nicolai, Sancti Clementis, Sancte Marie de Prete bono et Sancti Donati sit una contrata, contrata sive Populus Sancte Marie ad Vallem, Sancti Ioannis Decliano Sancti Angeli de Barbiciano et Sancti Andree sit alia contrata, contrata Sancti Martini Sancti Petri appetentis, Sancti Severini Sancti Bartholi sit alia contrata, Villa Pelani Aspori et villa Curtarum una contrata villa Dictine et Lagosicchi una contrata Lapidia una contrata, Bovarie cum suis pertinentiis una contrata, Porcarie cum suis pertinentiis una contrata, Fractagoti cum suis pertinentiis una contrata fracta Tussavicorum alia contrata fracta Episcopi alia contrata, et quod Sindicus vel Capitaneus Tersirie ubi commissum fuerit dictum damnum incendium sive combustio vel aliquis de dicta tertaria probare poterit per duos testes de visu vel quinque bone fame de publica fama ipsum incendium damnum vel combustionem facta fuisse per aliquem specialem Personam, quod ipsa Tersaria vel contrata ad ipsam emendationem nullatenus teneatur non obstante quod dictum damnum substinens juraverit ignorare malefactorem dummodo declaret nomen dicti malefactoris

De re non emenda ab aliqua Persona infamata

R.a 12

Statuimus et ordinamus quod quicumque emerit aliquam rem ab aliqua Persona infamata de furto vel aliis criminibus infamibus seu malefitiis infamibus scienter: pretium et rem perdat et rem domino restituat. Scito primo quod res ipsa furata vel subtracta sit, si vero conditionem rei vel venditorum ignoraverit rem restituere teneatur, dummodo dictus emptor probet dictam rem emptam fecisse publice recepto pretio a domino dicte rei.

De insultu sine armis et cum armis

R.a 13.

Statuimus et ordinamus quod si quis vel si qua insultum fecerit contra aliquam personam movendo se de loco ad locum eundo contra eam, irato animo, vel inspe[illegible] se si sine armis in C solidis denariorum Comuni Brevi condemnetur, si vero cum armis, si quidem cum spata nuda, vel cultello ferritorio nudo vel falcione, lancea ferrata, vel falcastro in X libris denariorum Comuni Brevi condemnetur, si vero cum aliis armis in VIII libris denariorum Comuni Brevi condemnetur, si vero insultator tempore insultus percusserit insultatum poena insultus confundatur in percussione, si ex percussione major poena quam de insultu ex forma Statutorum imponatur, alias non si vero insultus factus fuerit contra aliquem ad domum habitationis ejus vel ad possessionem ejus propriam vel conductam si [fuerit] sine armis in XV libris denariorum Comuni Brevi condemnetur, si cum armis: videlicet cum spata nuda cultello ferritorio falcione lancea ferrato vel falcastro in XXV libris denariorum Comuni Brevi condemnetur, si vero cum aliis armis in viginti libris denariorum Comuni Brevi condemnetur, et in quolibet casuum predictorum sit licitum insultato

se ipsum defendere cum moderamine inculpatae tutelae, si vero aliquis miserit manus ad arma et non extraxerit contra aliquem in C solidis denariorum Comuni Crevii condemnetur, de insulta si insultum fecerit nihilominus condemnetur.

De percussione manu vacua sine sanguine vel cum sanguine; et de poena percutientis cum armis R.o 14

Statuimus et ordinamus quod si quis vel si qua percusserit aliquam personam manu vacua in facie ipsius a collo supra sine sanguine pro qualibet percussione in XV libris denariorum Comuni Crevii condemnetur, si vero pugnum in capite dederit vel per capillos injuriose ceperit vel manu vacua alio modo percusserit pro qualibet vice in X libris denariorum Comuni Crevii condemnetur, si vero ex percussione faciei et sanguis exierit in viginti libris denariorum Comuni Crevii condemnetur, si vero a collo infra cum pugno calce vel alio modo manu vacua sine sanguine percusserit vel impinxerit pro qualibet percussione vel impinta in C solidis denariorum Comuni Crevii condemnetur. Si cum sanguine percusserit in X libris denariorum Comuni Crevii condemnetur. Si vero impinxerit et interram cadere fecerit vel eam prostraverit interram et sine sanguine in X libris denariorum Comuni Crevii condemnetur, si cum sanguine in viginti libris denariorum Comuni Crevii condemnetur, si vero per terram straxinaverit in XXV libris denariorum Comuni Crevii condemnetur, si quis vel si qua percusserit aliquam personam cum cultello spata falcione lancea ferrata falcastro vangha lapide, vel cum aliis armis, si quidem in collo, et a collo supra in capite cum sanguinis effusione pro qualibet percussione in XL libris denariorum Comuni Crevii condemnetur, si vero in facie sive vultu in L libris denariorum Comuni Crevii condemnetur, si vero ex percussione facta in facie sive vul

esset signum ibidem et apparentem cicatricem perpetua remansuram in C libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero ex ipsa percussione vel propter ipsam percussionem oculum perderet vel lumen oculi perderet vel privata fuerit in CC libris denariorum Comuni Trevii condemnetur. Si vero ex percussione vel propter percussionem dentem vel dentes vel partem ipsorum cadere fecerit pro qualibet dente ultra poenam percussionis predictam in X libris denariorum Comuni Trevii condemnetur si vero auriculam vel partem ipsius amputaverit sibi in L libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero percusserit sine sanguine si cum livore in XXV libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero os fregerit in C libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero a collo infra percusserit si cum sanguine vel sanguinis effusione pro qualibet percussione in XXX libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero percusserit et vulnus atrox magnum cum sanguine fecerit in L libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero membrum videlicet manum vel pedem sibi amputaverit in C libris denariorum Comuni Trevii condemnetur. Si vero debilitaverit adeo quod debilitatum remaneat in LX libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero digitum amputaverit in XXV libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, et nihilominus condemnetur de percussione ut supra dictum est et digitus in nullo casu intelligatur pro membro de jure quia officium est membri, et non membrum, si vero percusserit et sanguis non exiverit in XV libris denariorum Comuni Trevii condemnetur pro qualibet percussione si vero adminaverit et non percusserit in X libris denariorum Comuni Trevii condemnetur pro qualibet adminatione. Si quis vero ceperit et personam aliquem irato animo extrahendo sive cum tirando pannos eidem de dorso dilaniaverit

in X libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero per personam eum ceperit irato animo in C solidis denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero caput eum de capite alicuius ceperit vel de capite alicuius cadere fecerit in L solidis denariorum Comuni Trevii condemnetur, volumus etiam et presenti statuto firmamus quod in omnibus et singulis maleficiis commissis et committendis de quibus in hoc capitulo vel aliis capitulis hujus statuti non fieret mentio vel si fieret non esset certa poena imposita, quod Potestas vel ejus Judex vel Notarius possit et possint ac debeant procedere de similibus ad similia et eis, et cuilibet ipsorum liceat imponere poenas et condemnationes delinquentibus prout imponuntur ex forma presentis statuti in similibus delictis vel quasi similibus

Quod Domini pro eorum servitoribus teneantur

R.° 15

Statuimus et ordinamus quod domini teneantur pro eorum servitoribus et famulis Forentibus si pubblica vox et fama esset quod ipsi famuli et servitores fecissent maleficium de ipsorum suorum Dominorum voluntate, et si ipsi domini guerras aut inimicitias habuerint cum aliquo Trebano, et servitores habuerint Forentis talis serviens si percusserit aliquem presumatur fecisse de sui Domini voluntate, et quod nullus de Trevio et ejus districtu audeat vel presumat aliquem Forensem in sua domo tenere sine licentia Potestatis, quam ipse Potestas dare possit cum licentia Magnificorum Dominorum Priorum qui pro tempore fuerint, et qui contrafecerit in XXV libris denariorum Comuni Trevii condemnetur.

De poena offendentis vel injuriantis facto vel dicto Priores sive Potestatem

R.° 16.

Statuimus et ordinamus quod nulla Persona cujuscumque conditionis existat de Grevio vel ejus districtu audeat vel presumat offendere sive injuriam inferre ~~cum~~ facto vel dicto cum armis vel sine Priores terre Grevii sive Potestatem vel aliquem ipsorum dum starent in Offitio vel ad Sindicatum sub poena quatrupli aliarum poenarum a statuto permissarum inter Grebanos, et Grebanos sibi invicem offendentes sive verbis injuriantis, nec ~~non~~ audeat vel presumat offendere vel injuriare dicto vel facto aliquem ex Numero XVIII vel Judicem Potestatis terre Grevii sub poena tripli aliarum poenarum ut supra a statuto permissarum, et si quis offenderit vel injuraverit dicto vel facto ut supra socium militem ~~socium~~ Potestatis terre Grevii vel aliquem ex suis Offitialibus dum in Offitio sive sindicatu existerent, vel Cancellarium Camerarium vel Massarium Communis Grevii vel aliquem alium Offitialem dicti Communis poene duplici aliarum poenarum a statuto permissarum puniatur, et Potestas terre Grevii tam de injuriis seu offentionibus sibi et suis Offitialibus factis et illatis quam aliis cognoscere procedere et condemnare possit et valeat omnino et processus inde facti et sententie illate valeant et teneant pleno jure.

De poena corrumpentis Potestatem vel suos Offitiales Ra. 17.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscumque gradus vel conditionis existat tam terrigena quam forensis audeat vel presumat corrumpere vel corrumpi facere Potestatem sive Judicem sive alios Offitiales ejusdem dum in offitio permanebunt pecuniis vel exeniis ut ipse Potestas sive Judex vel Offitiali ejus in aliqua causa sint eis favorabiliores poena librarum XXV denariorum Communi Grevii applicandorum totiens quotiens fuerit vel esset per aliquem contrafactum

et si dictus Potestas sive Judex ~~vel~~ vel Officiales dicti Potestatis vel aliquis ipsorum se corrumpi permiserint incidant in poenam librarum ~~librarum~~ quinquaginta denariorum Comuni Trevii applicandorum tempore eorum sindicatus auferendorum totiens quotiens per eos vel aliquem ipsorum se corrumpi permiserint, nec recipiant dicti Officiales seu Potestas aliquod exenium aliquo quesito colore sub poenis predictis singula singulis referendo.

De poena committentes Scelus Sodomiticum
R.o 18

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat in terra Trevii vel ejus districtu vitium Sodomie committere poena librarum XXV denariorum Comuni Trevii applicandorum pro quolibet committente a XVIII annis infra abinde vero supra usque ad annos XXV tam agens quam patiens si fuerint dicte aetatis incidant in poenam quinquaginta librarum denariorum Comuni Trevii applicandorum, et si de eis vel altero ipsorum esset publica vox et fama quod esset sodomita arbitrio Potestatis sive Judicis usque in libris centum denariis puniatur a XXV annis supra usque in XXX annos in libris centum quinquaginta denariis Comuni Trevii condemnetur, et pluribus arbitrio Potestatis sive Judicis usque in libris ducentorum ~~...~~ denariorum considerata conditione persone et fame eorum vel alterius ipsorum: abinde vero supra in libris trecentum denariis Comuni Trevii condemnetur, et si de ipsis esset publica vox et fama vel altero ipsorum quod esset vel essent sodomite et dictam poenam solvere non poterint infra decem dies a die late sententie igne comburatur, et si major cum minore predicta ~~...~~ committeret ~~...~~ poena majori superscripta ~~grad~~ graduatim puniatur et similiter minor

et si aliquis vir aliquem devastaret in alio modo agendo a latere posteriori capite puniatur ita quod penitus moriatur et in predictis omnibus superscriptis casibus sufficiat probatio XII hominum terre Trevi examinandorum per Potestatem sive ejus Judicem sive ejus curiam de predicta publica voce et fame probanda et in predictis et quodlibet predictorum Potestas terre Trevi sive ejus Judex vel curia ejus valeant inquirere et per inquisitionem procedere contra predictos predicta committentes

De poena cognoscentis Virginem vel Maritatam
Rub. 19

Statuimus et ordinamus quod quicumque non conjugatus sive uxoratus vir aliquam virginem carnaliter cognoverit eam in uxorem accipere teneatur et eamde bonis suis videlicet dicti viri dotare teneatur secundum facultatem et podere Patris ipsius virginis vel suorum et si predicta obmiserit et facere recusaverit infra XV dies a die commissi delicti vel unam mensem si fuerit de consensu Patris dicte Virginis vel propinquorum suorum in capite puniatur, et nihilominus Pater dicti delinquentis sive ipse delinques de bonis eorum vel alterius ipsorum dictam Virginem dotare teneantur secundum facultatem et podere Patris predicte virginis vel suorum, si quis vero Virginem vir per personam ceperit et eam carnaliter non cognoverit, sed animo et intentione ipsam cognoscendi carnaliter cepisset in libris centum denariorum Comuni Trevi condemnetur, tam conjugatus quam non; si vero Maritatam vir carnaliter cognoverit in libris ducentis denariorum Comuni Trevi condemnetur, quam poenam si solvere non poterit infra X dies a die late sententie capite puniatur, et semper in predictis intelligatur vir fecisse, quoniam virgo vel maritata alta voce clamassent vel vociferassent, si vero maritatam violenter ceperit causa cognoscendi eam carnaliter et non

cognoverit in libris quinquaginta denariorum Comuni Erevi applicandorum condemnetur, si quis vero conjugatus Virginem carnaliter cognoverit vi in libris ducentum denariorum Comuni Erevi condemnetur, et nihilominus Pater dicti conjugati sive conjugatus de bonis ipsorum vel alterius eorum dictam Virginem stuprataum in libris ducentum denariorum dotare teneatur quod si predicta non fecerint vel neglexerint sive recusaverint infra unum mensem a die commissi delicti vel duos menses si processerit de partium voluntate, videlicet Patris, sive propinquorum dictæ Virginis alter dictus delinquens capite puniatur, committentes autem incestum tam masculus quam foemina poenis legalibus puniatur, si vero predicta delicta vel aliquod predictorum de consensu utriusque parentis commissa essent tunc in eo casu Potestas sive ejus Judex, sive ejus Curia de predictis se nullo modo intromittere valeant, teneantur namque ad denuntiationem faciendam sive per accusam in predictis procedere si denuntiatio vel accusatio facta fuerit a Patre vel Matre, Fratre carnali vel Consobrino vel Marito dictarum Mulierum talia committentium, et nihilominus dicta mulier maritata suas dotes amictat et viro suo applicentur et in libris centum denariorum Comuni Erevi condemnetur, quam poenam si solvere non poterit infra X dies a die latæ sententiæ contra eam per terram Erevi fustigetur, et similiter dictus delinquens si vero fuerit virgo vel vidua simili poena puniatur.

De poena sfortiantis vel de Monasterio extrahentis Moniales R.o 20.

Statuimus et ordinamus quod si quis sfortiaverit, sive per vim aliquam monialem vel carceratam carnaliter cognoverit vel de Monasterio per vim extraxerit causa eam carnaliter cognoscendi capite puniatur, si quis autem carnaliter agere

habuit non vi sed sponte cum aliqua Moniali ~~Sancta~~ sacrata in libris
CCC denariorum condemnetur uterque ipsorum, et fustigentur
per totam terram Erevii, et de ipsa terra et ejus districtu
perpetuo banniantur, et in banno perseverent sub dicta poe-
na, si quis autem Monialem non sacratam, sed oblatam
carnaliter non vi cognoverit in libris CC denariorum condemne-
tur uterque similiter et eodem modo de incarceratis intelli-
gatur, quam poenam si solvere non poterint dictus delin-
quens sive delinquentes infra X dies a die latae sententiae
computandos per totam terram Erevii fustigentur, si quis au-
tem laicus repertus fuerit cum aliqua moniali vel carcera-
tam colloquium habere ad Monasterium, in libris X dena-
riorum pro qualibet et vice qualibet puniatur, salvo et re-
servato si habuisset, et obtinuisset licentiam a domino Pote-
state terrae Erevii sive ejus Judice, si quis vero non laicus
sed Regularis ad dicta Monasteria sive Monasterium cum
dictis Monialibus vel aliqua earum colloquium haberet condu-
tur ~~in~~ inhoneste coram Potestate terrae Erevii, et si dicto Po-
testati videbitur convenire talem Religiosum sociari faciat
a familia ejus cum tubis pulsantibus usque ad domum ejus so-
litae habitationis, et hoc locum non habeant quoniam accessisset
causa celebrandi divinum offitium et celebrato tamen sine
aliqua mora recedere teneatur.

De poena venenantis vel facientis maliam

R.° 21.

Statuimus et ordinamus quod si quis preparavet aliquod genus
veneni alicui personae postquam ei in cibo vel potu daret
talis delinquens in libris mille denariorum condemnetur, si
ille vel illi cui datum fuerit dictum venenum non moriretur,
quam poenam si solvere non poterit infra X dies a die latae

sententie computandos manus ejus dextra amputetur, et de dicta terra et ejus districtu perpetuo banniatur, et si aliquis ex dicto veneno dato moriatur et talis delinquens in fortiam Communis devenerit per totam terram Crevii trahinetur ad caudam asini usque ad locum justitie consuetum postquam igne comburatur, et omnia ejus bona Communi Crevii applicentur et confiscentur. Si vero aliquis animo aliquem venenandi venenum preparasset et non dedisset et hoc probari possit per duos testes idoneos et fidedignos in libris centis librarum condemnetur quam poenam si solvere non poterit infra X dies a die late sententie computandos per totam terram Crevii fustigetur, et de dicta terra et ejus districtu perpetuo exbanniatur. Si vero Qua persona tam masculus quam foemina fecerit alicui persone aliquas maliarias, ita quod in aliqua persone illius cui facte essent dicte malie de natura ejus evanaretur vel aliquo alio modo damneretur sive usum nature ejus consuetum non exerceretur et probari poterit per duos testes fidedignos vel per X de publica voce et fama bone conditionis vite, et fame in libris quinquagentis denariorum puniatur: quam poenam si solvere non poterit infra X dies a die late sententie computandos igne comburatur, ita quod penitus moriatur.

De poena negantis Filium, Maritum vel aliquem Officialem vel Notarium

R.a 22.

Statuimus et ordinamus quod quicumque negaverit in Judicio coram Potestate, vel aliis Offitialibus Communis Crevii aliquem esse vel fuisse Maritum, Filium, Uxorem, Patrem, Matrem, Fratrem, Sororem, Avum, Aviam, Judicem, vel Notarium, publicum Potestatem, Judicem, Notarium, vel alium Offitialem Communis Crevii vel respondendo positionibus vel aliis

interrogationibus dixerit se non credere ipsos Filium, Maritum, Uxorem patrem, Matrem, Fratrem, Sororem, Avum, Aviam, Iudicem vel Notarium publicum Potestatem, Iudicem Notarium vel alium Offitialem Comunis Trevii esse vel fuisse dummodo publice appareat per famam publicam esse vel fuisse dictos nominatos vel aliquem ipsorum in X libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, et ista talis negatio postquam constiterit de predictis alicui nocere non possit, et Iudex dicti Comunis qui pro tempore erit sive Potestas vel ejus Offitialis poena prestiti juramenti et XXV libras denariorum debeat et teneatur totum istud capitulum legere et vulgari Sermone eidem tali qui respondere debet positionibus vel interrogationibus predictis, et repertum culpabilem punire et condemnare secundum formam Statutorum.

De non apprehendendo vias Comunis vel vicinales auctoritate propria R.° 23.

Statuimus et ordinamus quod quicumque auctoritate propria invaserit occupaverit vel apprehenderit aliquam viam publicam vel vicinalem in Trevio vel ejus districtu vel in parte ipsius teneatur et debeat poena librarum XXV denariorum Comuni Trevii applicandorum ipsam viam vel partem ipsius relapsare, et reducere in pristinum statum intra decem dies proxime sequturos a die dicte invasionis vel occupationis computandos.

De poena edificantis juxta muros Comunis. R.° 24

Statuimus et ordinamus quod nulla Persona audeat vel presumat, neque possit edificare sive edificium facere juxta murum Comunis Trevii a latere interiori per mediam perticam, et qui contrafecerit in libris quinquaginta denariorum Comuni Trevii condemnetur, et a latere exteriori nullus edificare valeat juxta dictum murum per octo perticas sub dicta poena, et nihilominus dicta edificia in

quolibet predictorum casuum sub dicta poena elevare teneatur sine aliqua contraditione.

De poena deguastantis Clausuram Molendinorum R.o 25.

Statuimus et ordinamus quod quicumque deguastaverit vel deguastari fecerit aliquam clausam, vel aliquod paramentum de catasta Molendinorum Comunis Trevii quominus aqua fluens equaliter et apte non decurrat ad ipsa Molendina puniatur per Potestatem in XXV libris denariorum Comuni Trevii applicandorum, et quicumque deguastaverit ipsa molendina vel aliquod ipsorum in centum libris denariorum puniatur et Comune eligat unum Superstitem ad manutenendum ipsa molendina.

De poena prohicientis lapides vel alia arma contra aliquem. R.o 26.

Statuimus et ordinamus quod si quis de Trevio vel ejus Districtu projecerit contra aliquem bastonem, lapidem, vel his similia et non percusserit in centum solidis Comuni Trevii condemnetur, pro quolibet lapide sive bastone et qualibet vice, si vero cultellum feritorium, nudum, spatam, lanceam ferratam, dardum, manarensem, et his similia projecerit et non percusserit in XL libris denariorum vice qualibet Comuni Trevii condemnetur, si vero percusserit solvat bannum contentum in capitulo de presenti materia loquente.

De poena projicientis lapides vel alia arma de muro contra aliquem R.o 27

Statuimus et ordinamus quod quicumque projecerit aliquam lapidem vel aliquod aliud injuriose de muro Castri, et pladie contra aliquem vel aliquos in aliqua rissa sive de aliqua domo vel Turri de Trevio et ejus districtu in L. libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, et domus vel turris de qua projectus fuerit funditus destruatur si predicta projectio facta fuerit

de mandato domini domus vel alicujus de sua domo vel familia aliter autem destrui non debeat. Scilicet projector solvere teneatur L libras denariorum et si proiciendo aliquem percusserit et ex percussione aliquod membrum percussum perdiderit talis projectio solvat illam poenam quae continetur in statuto de hoc loquente, si vero aliquis de palatio vel turri Comunis projecerit subjaceat illis poenis superius enarratis, non tamen quod turris vel palatium Comunis destruatur salvo quod si aliquis de turri vel palatio Comunis Crevii mandato Potestatis vel Judicis vel Vicarii vel Notarii Comunis Crevii projecerit vel pro evidente utilitate et bono et pacifico statu dicti Comunis quod in tali casu proiciens non teneatur ad poenam, et hoc capitulum sit praecisum et penitus observetur.

De poena prohicientis lapides in domum alicujus
R.o 28

Statuimus et ordinamus quod quicumque masculus vel foemina major XIV annis projecerit lapidem in domum alicujus vel in tectum ipsius domus, si fuerit de die in decem libris denariorum, si vero de nocte in XX libris denariorum pro vice qualibet condemnetur, et de predictis Potestas teneatur facere inquisitionem ad petitionem cujuscumque petentis.

De poena exterminantis possessionem
R.o 29

Statuimus et ordinamus quod quicumque exterminaverit terras sive terram, silvam vel alias possessiones sive terminum unum vel plures evulserit sua auctoritate sine requisitione vicini contigui suae possessioni, dummodo fraudolenter fecerit condemnetur in libris denariorum XXV, pro quolibet termino evulso et qualibet vice qua contrafecerit et damnum passo emendet: et teneatur nihilominus sub eadem poena re-

ponere in pristinum statum et locum infra brevem ter-
minum arbitrio curie Potestatis statuendum. Si vero
aliqua persona coram Potestate Judice, et coram Commu-
nis Trevisii querelam fecerit, quod terminus unus vel
plures apparerent evulsi vel evulsus, sive ejus posses-
sio appareret esse exterminata inter suam posses-
sionem et illam vicini, et non constaret per quem fa-
ctum fuerit, tunc et eo casu si petitum foret ab illo
qui haberet interesse coram Potestate vel Judice vel ejus
curia, ut hujusmodi termini, unus vel plures antiqui vel
moderni qui debuerunt esse inter ipsas possessiones repo-
nerentur de novo et convicinus vel alius recusaret predicta
vel aliter contradiceret: quod talis recusans vel contradicens
presumatur esse in culpa et repertus culpabilis in dicta pena
condemnetur et damnum emendet. Et nihilominus Potestas,
Judex, et Curia Communis Trevisii teneatur ex officio suo, alt[er] parte
ipsas vel personaliter vel alios eligendos communiter per par-
tes facere reponi et remitti et terminationem faciant
prout ipsi Potestati vel Judici et Curie vel dictis pronuncian-
tis videbitur justitie et equitati convenire, et qui non obede-
rit judicio et determinationi predictorum, incidant in dicta
penam, et Potestas possit procedere ex officio per inquisitionem denun-
tiam et querelam, et omni alio meliori modo, quo melius de jure fieri potest.

De poena turbantis aliquem in possessione sua

R.a 38.

Statuimus et ordinamus quod nullus invadat vel apprehendat te-
nutam alicui datam, vel occupare presumat rem immobilem
vel tenutam quam aliquis haberet contra aliquem auctoritate
curie Communi Trevisii pro causa civili vel alia quacumque
de causa et qui contrafecerit in tribus libris denariis Communi Tre-
visii condemnetur, et si quis alia bona propria alicujus inva-
serit vel per aliquem aliquo legitimo titulo aliquo tempore pos-
sessa apprehenderit vel propria auctoritate turbando aliquem

in possessione intraverit in X libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, et in quolibet casuum predictorum teneatur vel aliquam possessionem restituere tenea[n]tur de facto.

De poena apprehendentis possessionem Comunis Trevii

R.^o 31

Statuimus et ordinamus quod nullus de Trevio vel ejus Districtu vel Forensis audeat vel presumat apprehendere vel aliquam novitatem facere in possessionibus sive communantis Comunis Trevii ubicumque positis, nec de juribus dicti Comunis alicui adjudicare, et qui contra fecerit in X libris denariorum dicto Comuni debeat condemnari, et Potestas dicti Comunis predicta faciat observari, et quod dominus Potestas prefatus infra unum mensem post introitum sui officii dictas possessiones dicti Comunis debeat terminare et ad hoc facienda in Consilio generali dicti Comunis eligi faciat duos homines pro qualibet Tersaria ad predictas senaitas faciendas sub virtute prestiti juramenti, et debeat inquirere quolibet mense sui regiminis si contra predicta fieret aliquo capitulo non obstante, dummodo jus aliquod non servetur in laco-pudido-et-canali, sed sint Comunis Trevii libera et absoluta et dicto Comuni libere applicentur. Quicumque autem apprehendiderit vel novitatem fecerit in predictis p[er] Officiales Potestatis Comunis Trevii in decem libris denariorum pro qualibet vice condemnetur, et in qualibet contrata Comunis Trevii duo homines eligantur ad reinveniendum dictas senaitas.

De poena se sperjurantis

R.^o 32

Statuimus et ordinamus quod quotiens appararuerit aliquem se sperjurasse quando sibi aliquid peteretur seu petitum fuerit ab aliquo, et post sacramentum constiterit se sperjurasse p[er] testes aut aliam legitimam probationem quod talis sperjurans in X libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, et

nihilominus quantitatem petitam solvere teneatur, et quod Potestas si-
ve Iudex teneatur et debeat facta probatione predicta dictum ta-
lem se sperjurantem condemnare in X libris denariorum, et in
quantitate petita ad petitionem cujuscumque petentis, et ipsam
condemnationem exigere et executioni mandare sub poena XXV
librarum denariorum pro qualibet vice de suo salario Comuni Tre-
vii applicandarum, cujus poene medietas sit Comunis Trevii, et alia
medietas sit petentis debitum supradictum.

De poena interficientis sive vulnerantis
Bestias grossas sive minutas R.º 33.

Statuimus et ordinamus quod quicumque interfecerit aliquam be-
stiam grossam videlicet bovem, vaccam, vitulum, equum, mulum,
asinum, et his similia incidat in poena XXV librarum dena-
riorum Comuni Trevii applicandorum, et in emendatione be-
stie uccise, si quis vero sgalletaverit vel vulnerat troppo fe-
cerit in librarum XV denariorum Comuni Trevii condemne-
tur, et in emendatione damni et interesse damnum passo, si
quis vero interfecerit capram, porcum, pecudem, et his simi-
lia in X librarum denariorum Comuni Trevii condemnetur
et in emendatione dicte bestie uccise, si quis vero vulne-
raverit sive cioppaverit in solidorum centum denariorum
condemnetur, si quis vero interfecerit ocam, gallinam, et his si-
milia in solidorum XX denariorum Comuni Trevii condem-
netur, et in emendatione ~~dom~~ damni damnum passo.

De poena dicentis alicui Notarium Falsum
R.º 34

Statuimus et ordinamus quod quicumque dixerit alicui Nota-
rio de Trevio vel Districtu ejus falsum, vel falsum scri-
psisse seu negaverit ipsum esse Notarium publicum, et
postmodum probatum fuerit esse publicum Notarium

per testes, vel per publicum instrumentum Notarie ipsum esse publicum Notarium, et ad probationem ipsum esse publicum Notarium sufficiat probatio trium testium de fama et si oppo= suerit non valeat ipso jure, et si dixerit falsum seu fal= sum scripsisse solvat bannum XXV librarum denariorum dicto Comuni applicandorum, et in X librarum denariorum si oppolue rit ipsum non esse Notarium publicum, et probatum fuerit legiti= me ipsum esse Notarium publicum per dominum Potestatem qui pro tempore fuerit debeat condemnari dicto Comuni, et Po= testas qui pro tempore fuerit predicta observare teneatur poe= na XXV librarum denariorum dicto Comuni de suo salario applicandorum.

De poena dicentis alicui verba injuriosa, vel reimproperantis injuriam R.o 35

Statuimus et ordinamus quod si qua persona dixerit alicui verba injuriosa pro qualibet verbo et qualibet vice in X solidis dena= riorum Comuni Trevii condemnetur, et pluribus usque ad XL solidos ad arbitrium domini Potestatis inspecta conditione personarum dicentium, et cui dicantur et et verborum qualita te et loci ac etiam temporis, et si qua persona reimpropera= verit alicui injuriose homicidium illatum sive factum in persona sui Patris vel matris vel alterius sui consanguinei di= cendo non fuit michi mortuus Pater, vel Frater, vel Mater, vel al= ter consanguineus vel quare non vendicas mortem talis cui con= sanguinei vel alia verba his similia, in L libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si vero reimproperaverit vulnus si cum armis et sanguine illatum vel vulnus illatum Patri vel Fratri, vel alicui in suo consanguineo in XXV libris denariis vice qualibet Comuni Trevii condemnetur, si vero reimproperaverit aliam per= cussionem sine sanguine factum sibi vel alicui suo consan= guineo in X libris denariorum Comuni Trevii vice qualibet condem netur,

dum tamen legitime constet ~~in~~ curie illum de quo talia verba ~~alicui dictorum suorum consanguineorum fuisse mortuum quando mors~~ reimproperata ~~fuerint~~ aliqui ~~cui~~ dictorum suorum consangui ~~fuerit reimproperata vel vulneratum~~ neorum fuisse mortuum. quando mors fuerit reimproperata vel vulneratum quando ~~cui~~ vulnus fuerit reimproperatum vel percussum quoniam percussio fuerit reimproperata, si vero aliquis alicui dixerit o homicida, o fur, o falsarie ravagliose derobator in centum sold. denariorum Comunis Trevii condemnetur, et similiter et eadem poena puniatur, si quis dixerit alicui mulieri honeste puctana ribalda et his similia, simili poena complectatur, si quis autem dixerit blasfemando che te venga la rabbia carboncello, et his similia in solidis XX denariorum Comunis Trevii condemnetur.

De poena committentis vindictam in personam alterius R.a 36.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Trevio vel aliunde audeat vel presumat in Trevio nec ejus districtu facere vindictam seu ultionem pro aliqua injuria facta sibi vel suis consanguineis contra aliquam personam nisi tantum contra illam que sibi dicitur fecisse injuriam, et qui contra fecerit solvat nomine poene duplum illius poene quam solvere teneretur pro illo maleficio secundum formam statutorum Comunis Trevii loquentium de ipso maleficio que poena bannum debeat in Comuni Trevii devenire.

De poena ponentis cornua vel alia inonesta ad domum alicujus R.o 37.

Statuimus et ordinamus quod si quis persona posuerit aliqua cornua ad hostium alicujus persone vel membra designata vel alia inhonesta dipinxerit # vel posuerit in libris XXV denariorum Comunis Trevii condemnetur pro qualibet cornu re inhonesta, vel pictura, et vice qualibet.

De poena intrantis aliunde quam ꝑ portas vel rumpentis muros R.º ✝ 38.

Statuimus et ordinamus quod nullus seu nulla persona audeat vel presumat intrare castrum sive pladium Trevii aliunde quam ꝑ portas vel portam Comunis Trevii de die vel de nocte et si quis contrafecerit in ducentis libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, si quis vero vel si qua fregerit vel ruperit murum Comunis in aliquo loco vel foramen in muro Comunis fecerit in trecentis libris denariorum Comuni Trevii condemnetur, et in predictis et circa predicta Potestas terre Trevii habeat arbitrium in procedendo condemnando, et condemnationem predictorum exequendo, et executioni mandando auctoritate presentis capitali.

De poena Mulieris intrantis in palatium Comunis R.º 39

Statuimus et ordinamus quod nulla mulier de Trevio possit intrare aliquam cameram palatii Potestatis, vel coquinam de die, et si citata fuerit pro aliquo ꝑ bajulum Comunis intret ꝑ palatii hostium versus plateam et non aliunde, et que contrafecerit in centum solidis denariorum Comuni Trevii condemnetur et pro qualibet vice, et nulla mulier cogi possit in palatio Comunis sed cum justa causa acciderit cogi possint mulieres in Ecclesia Sancti Joannis novi de Trevio, salvo quod in homicidio, membri mutilatione, et in combustione domus vel meta bladii vel furto excedente summam XL soli: dis denariorum, et excepto prodimento quod predictum Statutum non vendicet sibi locum in predictis mulieribus et Potestas vel ejus Officiales in XXV libris denariorum si contrafecerit Comuni Trevii condemnetur.

Quod Filius Familias possit in maleficiis respondere R.º 40.

Statuimus et ordinamus quod Filii Familias majores XIV annis possint in maleficiis respondere non obstante si non intervenerit consensus Patris, et processus factus valeat et teneat et quicquid fit non obstante lege tertia capitulo qui legitimam personam et lege cum non solum capitulo de bonis que liberis idem autem observetur in his qui patrem non habeant

Quod Mulieres possint testificari in maleficiis

R.o 41.

Statuimus et ordinamus quod Mulieres possint in maleficiis accusatio nem inquisitionum reddere testimonium et ipsarum testimonium pro legitima probatione habeatur non obstante cap. fores Paragraffo 1.o stes extra de verbis signis, et aliis quibuscumque.

De maleficiis commissis inter mulieres et mulieres

R.o 42

Statuimus et ordinamus quod in omnibus maleficiis que commicterentur inter mulieres et mulieres facto vel dicto in medietate poene in statutis maleficiorum contente et descripte puniatur salvo de veneno, homicidio, furto, prodictione, et male

De poena non observantis pacem R.o 43

Statuimus et ordinamus quod omnes paces facte habite et celebrate de quibuscumque maleficiis sint firme et rate, et Potestas et alii Officiales Comunis Grevii debeat facere ab omnibus observari, et si aliquis fregerit pacem factam de aliquo maleficio cum sanguinis effusione cum armis frangens dictam pacem in ducentis libris denariis Comuni Grevii condemnetur, si vero de aliquo alio maleficio quocumque modo facta fuerit pax, frangens talem pacem in libris denariorum Comuni Grevii condemnetur, que locum habeant si pacem talis Grebanus per testes probare poterit vel etiam per publicum instrumentum, et quilibet possit eum offendere sine poena et banno.

Quod Filius carceretur ad petitionem Patris

R. 44

Statuimus et ordinamus quod si aliquis Filius Familias deviare contingerit quod Potestas teneatur ad poenam C librarum denariorum de suo salario Commune Trevii applicandorum ad petitionem Patris vel alterius cujus Potestati subjectus sit vel suppositus fuerit ipsum capere detinere et carcerari pro ut sibi placuerit.

De poena facientis in Strata scalas vel pilastram R.° 45

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat facere vel fieri facere in aliqua strata in castro Trevii aliquas scalas vel pilastram que aliquod impedimentum prestaret vel redderet indictis stratis vel alicui persone poena X librarum denariorum et Potestas teneatur de predictis inquirere ex suo Offitio vel ad petitionem cujuslibet petentis et scalas vel pilastram factam facere elevari.

~~De poena ...~~

De poena petentis debitum solutum R.° 46

Statuimus et ordinamus quod quicumque petierit alicui aliquod debitum de quo sibi vel alii pro eo de ejus voluntate vel mandato fuisset satisfactum in centum solidis denariorum Comuni Trevii condemnetur, et nihilominus duplum illius quantitatis quam petierit solvere teneatur, cujus poena medietas sit Communis Trevii et alia illius a quo petierit.

De poena Forensis percutientis Trebanum R.° 47.

Statuimus et ordinamus quod si alicui forensi acciderit quod absit in Trevio vel ejus districtu aliquem Trebanum percutere cum armis vel sine cum sanguine vel sine quod puniatur poena dupli qua puniretur Trebanus si alium Trebanum offendisset, et si Trebanus offenderit Forensem puniatur illa poena qua puniretur forensis in terra illius offensi.

De poena laborantium Forensium, non solventium dativas. R.a 48.

Statuimus et ordinamus quod quicumque Forensis habuerit aliquam possessionem in Trevio vel ejus districtu teneatur expresse pro ipsis dativas solvere sicut alii Trebani, et quod laboratores rerum sive terrerum et bonorum Forensium solvant dativas pro rebus Forensis, et dictus laborator possit et sibi liceat fructus retinere, donec dativam per ipsum laboratorem solutam, et etiam expensas legitimas si aliquas fecerit integre rehabeat. Et si dictus Forensis laboratorem molestaret expensis Comunis Trevii defendatur, et si predictus laborator predicta non observaverit, in XXV librarum denariorum Comuni Trevii condemnetur, et quod nemo audeat vel presumat laborare possessiones alicujus Forensis, nisi primo promictatur Camerario Comunis Trevii, solvere omnes dativas contingentes dictis possessionibus forensis quas laboraverit, poena X librarum denariorum pro qualibet petia terrae quam laboraverit, et quod banniatur semel in mense, et quod Potestas teneatur vinculo juramenti et poena librarum XXV denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum facere solemnem inquisitionem contra laboratores predictos, qui promissionem non fecerint Camerario Comunis Trevii de solvendo dativam contingentem possessionibus dictorum Forensium, et si aliquis reperiretur dictam promissionem non fecisse dicto Camerario in dictis X libris denariorum debeat per dictum Potestatem Comuni Trevii condemnari.

De eo qui declinaverit jurisdictionem Comunis Trevii R.a 49.

Statuimus et ordinamus quod si quis de Trevio vel ejus districtu, vel aliunde fuerit denuntiatus vel inquisitus, vel accusatus, occasione alicujus malefitii sive excessus, sive alicujus damni, et dictus talis denuntiatus, accusatus, vel inquisitus, cessaverit, sive declinaverit jurisdictionem Comunis Trevii et Officialis ejusdem quod Potestas et

Notarius damnorum datorum vel alii Offitiales Comunis Trevii teneantur et debeant eo ipso quod fuerit declinata ipsa jurisdictio coram eis vel aliquo ipsorum notificare ipsum maleficium, sive damnum datum dominis prioribus terrae Trevii.× Qui Priores vincul juramenti teneantur et debeant jura Comunis defendere et manutenere, in qualibet curia tam ecclesiastica, quam Seculari, et nihilominus Potestas et ejus Officiales teneantur et debeant procedere contra dictum declinantem vel declinantes jurisdictionem Comunis Trevii de his quae per ipsum declinantem vel declinantes obmissum esset vel contra factum et plus in libris XXV denariorum Comuni Trevii applicandorum ob declinationem jurisdictionis predictae. De quibus Potestas sive alii Offitiales Comunis Trevii procedentes, et qui processissent contra talem vel tales declinantes dictam jurisdictionem ad Sindicatum ejus vel eorum minime teneantur, nec de predictis valeant Sindicari; et talis declinans offendi possit ab omnibus sine poena et ipso jure sit privatus in Comuni Trevii officio et beneficio in aeternum.

Quod Potestas non possit aliquem gravare in pignoribus. R.º 50.

Statuimus et ordinamus quod Potestas Comunis Trevii vel aliquis suus Offitialis non possit aliquem Trebanum gravare in auro vel in argento vel pignoribus occasione alicujus accusationis vel inquisitionis vel processus qui fieret contra ipsum occasione alicujus maleficii vel excessus facti vel commissi per ipsum. Si vero accusatus vel inquisitus noluerit ydoneam cautionem dare, seu fidejussores ydoneos de sua condemnatione solvenda, et de parendo mandatis Curiae Comunis Trevii. Quod Camerarius Comunis Trevii qui pro tempore fuerit vel aliqua alia persona non audeat vel presumat recipere aliquod depositum in auro vel in argento aut pignoribus aliquo modo vel aliquo quesito colore poena XX librarum denariorum Comuni Trevii applicandorum, et quilibet possit contra facientes accusare, et habeat tertiam partem

banni, et quod Potestas qui pro tempore fuerit teneatur et debeat a petitionem cujuscumque petentis super predictis inquirere et procedere, et repertos culpabiles de aliquo predictorum punire et condemnare poena XXV librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum. De quibus dictus Potestas debeat sindicari.

De poena facientis hostium quod aperiatur versus viam R.a 51.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona in Castro Trevii vel pladia habeat vel faciat in domo sua propria vel conducta aliquod hostium juxta viam publicam quod aperiendo volvatur versus viam, sed volvatur versus domum suam, et qui contrafecerit in X librarum denariorum Comuni Trevii condemnetur, et dictum hostium per dominum ipsius domus elevetur ad dictam poenam.

De sententiis dandis in Concilio generali R.a 52.

Statuimus et ordinamus quod Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur et debeat vinculo juramenti et poena XXV librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum pro condemnationes et sententias in generali Concilio dicti Communis in causis criminalibus presente Notario sive Massario librorum et massaritiarum Camere dicti Communis; et de ipsis sententiis facere duos libros, et fieri facere per ipsum Notarium unum in cartis bombiciniis, et alium in cartis pecudinis in publicam formam redactos: et ipsis auscultatis et inventis concordibus et lectis, statim consignare et tradere ipsi Massario sive Notario librum dictarum sententiarum in cartis pecudinis factum. Alium vero in cartis bombiciniis penes ipsum dominum Potestatem remaneat. Quas condemnationes et librum condemnationum ipse Massarius ad Cameram dicti Communis deferat, et penes ipsum Massarium ponat.

Quod Nemo cogatur ad se excusandum nisi prius accuso

Sive inquisitio fuerit registrata R.a 53.

Statuimus et ordinamus quod Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit vel aliquis ejus Officialis non possit nec debeat cogere aliquem accusatum vel inquisitum nisi primo ipsa accusatio vel inquisitio fuerit registrata vel scripta in actis vel autenticis libris accusationum, vel inquisitionum Communis Trevii, et citatus fuerit dictus accusatus vel inquisitus nisi pro tali malefitio veniret imponenda poena personalis vel membri abscisionis poena XXV librarum denariorum de suo salario Communi Trevii applicandorum, et si secus fieret non valeat quod actum fuerit ipso jure, et quod omnes accusationes vel inquisitiones Notarius cui porrectae fuerint teneantur scribere in dictis libris ea die vel sequenti die poena XXV librarum denariorum dicto Communi applicandorum.

Qualiter committens maleficium cogatur ad confitendum R.a 54.

Statuimus et ordinamus quod si quis accusatus, denuntiatus vel inquisitus esset in Curia Communis Trevii occasione alicujus Maleficii et ipsum maleficium excusando negaverit, et post tandem ipsum maleficium probatum fuerit per unum testem bonae conditionis et famae de visu omni exceptione majorem vel per aliquod inditium sufficiens ad torturam, quod ipse talis accusatus vel inquisitus, vel denuntiatus debeat semel citari personaliter vel bis ad domum diversis diebus quod veniat ad confitendum dictum maleficium coram Curia dicti Communis. et si in aliquo termino dictarum citationum non venerit habeatur pro confesso et convicto maleficii supradicti, et quod sententia contra eum ferri debeat tamquam si fuisset confessus dictum maleficium de quo esset accusatus denuntiatus vel inquisitus, et valeat ipsa sententia pleno jure si feratur

De domibus et muris non destruendis R.a ~~60~~ 55

Statuimus et ordinamus quod nullus de Crevio vel ejus districtu sive forensis habens domum in castro Crevii vel pladia Crevii infra muros castri vel pladie possit lapides vel muros ipsius domus alicui vendere vel alienare causa destruendi, vel quod ipse destruat ad poenam L librarum denariorum pro qualibet vice qua contrafecerit, et Potestas teneatur quolibet mense inquirere de predictis sub poena XXV librarum denariorum Comuni Crevii applicandorum.

De poena forensium, ementium de proventibus Comunis

R.° 56.

Statuimus et ordinamus quod nullus forensis cujuscumque conditionis existat possit vel sibi liceat aliquo colore quesito emere vel emi facere per se, vel interpositam personam aliquid de proventibus spectantibus Comuni Crevii velint ipsis vel aliquibus ipsorum habere partem vel ipsos proventus colligere, poena centum librarum denariorum pro qualibet vice Comuni Crevii applicandorum, et si secus fieret ipsa emptio non valeat ipso jure aliqua ratione: et sibi nullum jus in ipsa emptione aquiratur, et quod Siadicus qui electus fuerit per Consilium generale dicti Comunis Crevii ad predicta vendenda non possit nec debeat aliquid de dictis proventibus vendere ipsi forensi, et quod si contrafecerit in predictis solvat bannum vice qualibet qua contrafecerit XXV librarum denariorum, et quod nullus Crebanus possit pro aliquo forense emere aliquid de dictis proventibus nec aliquem forensem readmittere in ipsa emptione pro aliqua parte ad dictam poenam Comuni Crevii applicandam. Et Potestas qui pro tempore erit infra XV dies, post introitum sui officii faciat et facere teneatur solemnem inquisitionem contra delinquentes in predictis a quatuor annis citra et per ipsum tempus et ipsos repertos culpabiles punire et condemnare secundum formam dicti Statuti, et poena in ipso contenta poena XXV librarum denariorum de suo salario Comuni Crevii applicandorum.

Quod Potestas possit punire de similibus ad similia
R.o 57.

Statuimus et ordinamus, quod de omni eo quod statuta, ordinationes et reformationes non loquerentur dominus Potestas terre Trevii sive ejus Judex possit punire de similibus ad similia, et illud sit simile, quod dicto domino Potestati sive ejus Judici videbitur convenire.

De diminutione poenarum R.o 58.

Statuimus et ordinamus, quod si quis fuerit accusatus, denuntiatus vel inquisitus, in curia Comunis Trevii de aliquo maleficio, et comparuerit coram ipsa curia et maleficium de quo ipse accusatus denuntiatus vel inquisitus sponte confessus fuerit quarta parte sue condemnationis minus debeat condemnari, et si infra decem dies a die excusationis ipsius pacem habuerit cum suo adversario et ex ipsa pace apparuerit publicum instrumentum, et infra alios decem dies ipsum instrumentum produxerit coram ipsa curia quarta parte residui sue condemnationis minus debeat condemnari. Et si infra decem dies a die late sententie condemnatorie contra ipsam condemnationem de ipso factam solverit Camerario Comunis Trevii pro ipso Comuni recipienti alia quarta pars residui dicte condemnationis sibi debeat relevari. Et hoc locum in homicidiis habere non permittimus, et si quis condemnatus fuerit sententia condemnatoria et poenam infra decem dies a die late sententie Camerario dicti Comunis non solverit quod quartam partem plus ipsius condemnationis solvere teneatur.

De duplicatione poenarum R.o 59.

Statuimus et ordinamus quod omnes et singule pene quorumcumque maleficiorum de quibus in statutis Comunis Trevii fit mentio et aliorum quorumcumque duplicentur et duplicate esse intelligatur in quibuscumque maleficiis que in posterum committentur infrascriptis

locis et quolibet eorum et in infrascriptis temporibus et quolibet eorum
videlicet in palatio Potestatis ~~Crev~~ terre Crevi: in palatio populi
terre Crevi, in quo Consules dicte terre et Notarius reformationum
et Camerarius Communis predicti moram faciunt, seu facere con
sueverunt in platea Communis Crevi: in qualibet Ecclesia terre
Crevi et ejus districtus vel ante: in macello Communis: et in qualibet
Congregatione que fieret per Commune vel Capitaneos Confratarum
et in corrupto faciendo vel mortuo sepeliendo in maleficiis commis
sis ad domum propriam vel conductam offensi vel minantis ne
inceptoris rixe et in possessione ipsius. Et in diebus quibus Crevi
in conservarint aliquam adunantiam, vel monstram facere, et
in maleficiis commissis vel committendis noctis tempore videlicet post
sonum Campane que pulsatur de sero ad laudes usque ad sonum Cam
pane, que pulsatur de mane pro die: et in festo beati Miliadi, et
in die Nativitatis domini nostri Jesu Christi, et in festo Pascatis,
Pentecostem, et in die Veneris Sancte, et in festo Pascatis Resurrecti
onis, et in festo Sancti Egidii. Et ~~quibus~~ quicumque in dictis locis vel
dictis temporibus vel aliquo eorundem maleficium aliquod fecerit
vel commiserit condemnetur delinquens dupla pena qua puniri de
beret si alio loco vel tempore maleficium seu malefacta commi
sisset, et idem dicimus in domo Molendinorum et in [illegible] viridiis et in
tra portam Lacus et ultimam portam platee ? o: pladier pena duplicetur

Infra quantum tempus debeat terminari processus.

R.o 60

Statuimus et ordinamus quod Potestas qui pro tempore fuerit
suique Officiales teneantur et debeant et quilibet eorum de omni
bus et singulis accusationibus denumptiationibus, inquisitionibus
et processibus per ipsum faciendis, et quos factos reperiret per prede
cessorem pendentes in actis, recipere bonos et ydoneos fideiussores
de condemnatione solvenda tempore comparitionis ipsorum

accusatorum, denunctiatorum vel inquisitorum si dictos fidejussores ydoneos datos non comparuerit coram predecessore et finire et terminare processus criminales infra XXX dies ab inceptione dicti processus, et processus quos invenerit pendentes a die assignationis librorum sibi facte; et infra alios XXX dies condemnationes de ipsis factas executioni mandare, et ad Camerarium dicti Comunis facere pervenire, et si non fecerit dicte condemnationes in suo salario compensentur: et si aliquis fuerit contumaciter exbannitus et de suis bonis inveniretur quod ad manus dicti Camerarii faciat devenire: et si non fecerit quod in dicto suo salario compensentur et excomputentur; et si non inveniretur quod debeat fieri quolibet mense solemnis inquisitio de bonis exbanniti predicti, in contrata unde fuerit predictus condemnatus, sive exbannitus; et si non fecerit ut supra compensetur in suo salario; et per Sindicum dicti Comunis debeat sindicari de predictis sub poena L librarum denariorum et poena sit et esse intelligatur Potestati pro quolibet processu non diffinito nec terminato infra dictum tempus XXX dierum L librarum denariorum. Et Consules qui pro tempore fuerit debeant dicto Sindico protestari predicta, sub poena LXX librarum denariorum.

De illis qui non teneantur ad poenam in maleficiis

R.ca 61

Statuimus et ordinamus quod delinquentes seu maleficia committentes in Crevio vel ejus Districtu in casibus infrascriptis vel aliquo eorum non teneantur ad poenam: et pro ipsis maleficiis et delictis non possit contra delinquentes per Potestatem, vel aliquem ejus, vel alium Officialem procedi videlicet quando maleficium vel maleficia fierent seu committerentur vel facta, vel commissa essent ad sui delinquentis defensionem primo insultati ab offendo vel

quando offensor et offensus essent de una et eadem familia ad unum ignem, et ad unum panem morantes, et maleficium inter ipsos commissum fuerit sine morte vel membri abscisione vel debilitatione vel faciei vituperatione cum evidenti signo vel cicatrice perpetuo remansura; in quibus tribus casibus mortis vel membri abscisionis vel debilitationis vel ~~abilitionis~~ vituperationis faciei possint delinquentes media poena pro qua alii puniri debent, vel quando maleficium seu maleficia facta seu commissa essent non studiose vel quod esset offensus minor ~~V~~XII annis dummodo predicta probentur saltim per unum testem de visu in casibus quo ad defensionem vel non studiose si plures non adessent, et in aliis predictis casibus vel aliquo ipsorum ad poenam delinquentes mulctatenus teneantur, et hoc locum non habeat in filiis percutientibus Patrem vel Matrem, sive ~~Fratrem~~ P.Zium, vel Amitam, quo casu dicti delinquentes poena tripli puniantur secundum formam statutorum maleficiorum.

De testibus cogendis in maleficiis R.° 62

Statuimus et ordinamus quod si aliquis vel aliqua esset vel essent dati in testes occasione alicujus maleficii: et recepto juramento de veritate dicenda nollent dicere et testificari veritatem de his quae vidissent, quod Potestas sive ejus Judex valeat detinere tales testes in palatio Communis per tres dies continuos, et si esset femina in Ecclesia Sancti Joannis vel in aliquo Monasterio, et masculis sive masculo deducto in testem transactis dictis tribus diebus Potestas sive ejus Judex debeat tali testi sive testibus ponere timorem ligando eum super bancum, vel ad funem non tamen valeat ipsos tormentare sine licentia dominorum Priorum. et si reperiatur post modum dictos testes maleficos scivisse et confiteri noluisse Potestas sive Judex valeat ipsos punire de perjurio.

De poena imponenda per Officiales. R.º 63.

Statuimus et ordinamus quod Potestas Brevi ejusque Judex et Notarius et Socius milites et quilibet eorum possint eisque et cuilibet eorum liceat ex eorum vel alicujus ipsorum officio pro executione seu exercitatione ipsorum vel alicujus ipsorum officii imponere poenam seu poenas cuicumque personæ et quibuscumque personis eisdem vel alicui ipsorum non parentibus vel obedientibus usque in quantitatem X librarum denariorum in diem et quolibet die et non plus, dummodo tamen non possint pro uno et eodem facto facere nisi unum preceptum in die uni personæ inter omnes: et in dictas poenas possint exigere contrafacientes postquam de inobedientia constiterit prout eis visum fuerit convenire data competenti dilatione ad minus unius diei, et pro eodem negotio sive facto non possint ultra quinque precepta fieri, et si ultra fierent non valeant ipso Jure, salvis aliis poenis in statuto contentis.

De poenis exigendis sine lata sententia. R.º 64.

Statuimus et ordinamus quod quotiescumque contigerit per inquisitionem vel accusationem per potestatem vel Curiam terræ Brevi contra terrigenam vel Forensem procedi occasione alicujus maleficii vel excessus per eum commissi; quod postquam constiterit de ipso maleficio vel excessu in actis curiæ per confessionem delinquentis vel legitimam probationem testium Potestas vel ejus Officiales possint et debeant auferre poenam usque in quantitatem C solidorum denariorum et abinde infra de facto non obstante quod non fuerit lata sententia per ipsum dominum Potestatem, vel suos Officiales contra talem delinquentem, dummodo quod ipse processus non excedat poenam centum solidorum denariorum.

De arbitrio Potestatis puniendi in maleficiis. R.[o] 65.

Statuimus et ordinamus quod Potestas sive ejus Iudex, possit valeat procedere de omnibus et singulis maleficiis commissis ante initium sui officii per sex menses et non ultra, exceptis proditione, veneratione, homicidio, falsitate, combustione domorum, bladii, et his similibus facturis membri mutilatione et furtis de quibus procedi possit per ipsos vel alterum ipsorum usque ad triennium a die commissi maleficii computandum non obstante aliquo statuto, lege, vel reformatione in contrarium disponente: nec non contra omnes et singulos qui se appellassent in criminalibus, et appellationes eorum non essent persequuti.

Quod Potestas valeat procedere per inquisitionem diebus feriatis et non feriatis, et non vitietur processus sive sententia ratione solemnitatis omissae. R. 66

Statuimus et ordinamus quod omnibus et singulis maleficiis, et processibus pendentibus presentibus et futuris in procedendo, cognoscendo et sententiando omnes et singuli dies habeantur et intelligantur ac etiam sint juridici et in dictis diebus possit procedi cognosci, et sententiari non obstante lege omnes dies et lege dies festos capitulo de feriis, et &c. conquestus extra de feriis, a quibuscumque aliis legibus statutis vel capitulis in contrarium loquentibus: et citatio, cognitio et sententia quibuscumque diebus facte sive facta late sive lata valeant et teneant pleno jure: et processus facti et faciendi, et sententie late vel ferende in quibuscumque causis criminalibus non possint tolli vel cassari vel impugnari, vel aliquo modo vitiari dicta de causa, vel ideiro quod reus non esset citatus peremptorie

ad sententiam audiendam vel ex eo quod reus non esset
citatus ad opponendum contra processum et ad dicen-
dum et allegandum in causa quicquid vult de jure suo. Et
processus facti et faciendi, et sententie ferende in cau-
sis criminalibus valeant et teneant et intelligantur
rite et de jure facti et late ac etiam sint non obstan-
te quod in eis vel aliquo ipsorum ordo juris sive so-
lemnitas vel substantialitas juris esset omissa vel non
servata sive pretermissa in totum vel in partem
dummodo de maleficio constet per confessionem
vel per aliquam probationem legitimam testium vel
instrumentorum. Excipimus tantum etiam infra
scriptos dies tantum in quibus judicialem strepitum
conquiescere volumus videlicet diem Nativitatis Do-
mini Nostri Jesu Christi, diem Pascatis Resurre-
ctionis ejusdem, diem Epyphanie, diem Ascentionis,
Pentecosten, diem Nativitatis Sancti Joannis Bapti-
ste, et dies festivitatum omnium Beate Marie Vir-
ginis gloriose et etiam dies festivitatum omnium Apo-
stolorum, et diem festivitatis Beati Viliani,
quos tantum dies volumus esse in criminalibus causis fe-
riatos in quibus etiam nullis debemus voluptatibus
occupari, nec ullis exactionibus prophanari vel vexari.
Possit tamen inquisitio formari, et citatio fieri et pro-
cessus dictis diebus.

De reconsignatione librorum Potestatis N.o 67

Statuimus et ordinamus quod Potestas Communis Tridenti reassi-
gnet et reassignari faciat per notarios suos in Conci-
lio generali omnes libros factos et scriptos in dicto offi-
cio octo diebus ante finem sui officii: et ipsos libros ab inde

in antea habere nec revidere non possit per se nec per aliquos suos Officiales auctoritate alicujus Concilii. Et si aliqua scriptura vel processus aliquis vel aliqua de novo occurrerit, infra octo ultimos dies faciat fie- ri novos libros, quod si Potestas non fecerit in XXV li- brarum denariorum Comuni Trevii condemnetur.

De poena frangentis carcere. R.º 68.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel praesumat frangere seu frangi facere carceres Comunis Trevii, et qui contrafecerit in praedictis vel aliquo praedictorum solvat Camerario Comunis Trevii pro ipso comuni recipienti nomine poenae C libras de- nariorum; et omnes et singuli praestantes, seu dan- tes auxilium, consilium vel favorem illis seu illi qui dictos carceres fregerint seu frangi fecerit sub- jaceat dictae poenae. Et nihilominus illi qui in dictis carceribus essent detenti, seu ille qui detentus esset pro Comuni seu specialibus personis in dictis carceri- bus dare et solvere teneantur omnes et singulas quantitates pecuniae quas dicto Comuni, seu speciali- bus personis solvere tenerentur: in quibus quantita- tibus et omnibus praedictis per dictum Potestatem vel qui pro tempore fuerit dicto Comuni debeant condemnari: et quod Potestas sive ejus Judex et qui- libet Officialis Potestatis Terrae Trevii pro eorum offi- cio exercendo possint et valeant quotiens et quando eis vel alicui eorum videbitur assignare pro carceribus palatium residentiae ipsius Domini Potestatis, et quilibet teneatur stare et inde non discedere sine li- centia talis Officialis seu Potestatis sub dicta poena cen- tum librarum denariorum.

De pena aperientis hostia domorum occulte
R.º 69.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat aperire hostia sive hostium domus alicuius persone occulte sine licentia domini domus pena librarum denariorum decem vice qualibet qua contrafactum fuerit et hoc locum non habeat in proximioribus usque in secundum gradum sibi attinentibus, et credatur domino cum suis juramento, et cum uno teste de fama etiam si ille testis esset attinens domino dicte domus, et hoc si non intraverit in dictam domum. Si vero occulte intraverit sine licentia domini domus in libris XXV denariorum condemnetur. Et hoc intelligatur contra vallo domini domus, quando quis de domo evaderet vel postmodum que valeret et credatur juramento domini domus cum tribus testibus de fama examinandis per dictum dominum Potestatem vel ejus Judicem, et admictandis per ipsum dominum Potestatem vel ejus Judicem sicut videbitur et placebit inspecta conditione personarum non obstante quod ipsi testes essent attinentes domino dicte domus, et sententia inde lata per ipsum dominum Potestatem et ejus Judicem valeat, et teneat pleno jure non obstante quod esset negatum per illum contra quem procederetur ac etiam esset contradictum testibus predictis.

De pena dantis dicentis vel facientis aliquod inhonestum alicui mulieri. R.º 70.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscumque conditionis existat audeat vel presumat aliquo modo in aliqua corea sive festivitate, nec

in aliquo alio loco interra Trevii vel ejus districtu aliquem actum sive verbum inhonestum facere vel dicere alicui mulieri contra velle ipsius mulieris poena librarum decem denariorum Comuni Trevii applicandorum, et credatur soli verbo dictae mulieris vel mariti sui cum duobus testibus de fama admictendis per ipsum dominum Potestatem vel ejus Judicem, si eis videbitur convenire respectu conditione personarum, et sententia inde lata valeat et teneat pleno jure, ac si dictum delictum fuisset sine aliqua conditione per delinquentem confessatum.

De poena turbantis Officium domini Potestatis vel suorum Officialium R.^a 71.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscumque conditionis existat audeat vel praesumat aliquo modo vel quesito colore turbare inquietare aut turbari vel inquietari facere nec favorem alicui praebere dicto vel facto officium Potestatis Trevii vel suorum Officialium quodcumque et qualitercumque per eos vel alterum ipsorum dicto vel facto fieret vel exerceretur officium sive praeciperetur in Trevio vel ejus districtu poena librarum centum denariorum pro qualibet et qualibet vice qua contra factum fuerit Comuni Trevii applicandorum. Et hoc si fuerit Potestas vel ejus Judex eorum officium exercentes. Si vero fuerit socius Miles in libris L denariorum. Si vero fuerint alii Officiales in libris XXV denariorum et quilibet teneatur praestare dictis Officialibus vel alii ipsorum auxilium, consilium vel favorem

totiens quotiens quis fuerit requisitus sub pena et ad penam XXV librarum denariorum sine aliqua diminutione pro quolibet inobediente et vice qualibet, et credatur et stetur relationi dictorum Officialium vel alius ipsorum non obstante aliquo statuto, lege, constitutione, vel reformatione in contrarium disponente.

De pena facientium aliquam coadunationem et arma capientium R.a 72.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscumque status vel conditionis existat audeat vel presumat aliquo modo vel quesito colore ex aliqua injuria vel offensa sibi vel fratri suo sive propinquo facta vel illata vel que diceretur facta fuisse facere vel fieri permittere aliquam congregationem suorum proximiorum vel aliorum cum armis vel sine, nec consentire vel ordinare pro defensione sue persone vel ex aliqua alia causa in domo sua propria vel conducta nec in aliqua alia domo vel loco in terra Trevii vel ejus districtu pena librarum L denariorum pro quolibet et qualibet vice qua contrafactum fuerit sine licentia domini Potestatis terre Trevii, dicto Comuni applicandorum. Salvo et reservato nisi esset vel essent fratres carnales sive consobrini in secundo gradu a latere patrono tantum. Et simili et eadem pena puniatur ille vel illi qui ultra dictum modum arma caperent pro defensione alicujus sui propinqui vel amici vel benivoli aut congregationi adire in loco aliquo occasione predicta sive sequelam facere aut auxilium vel favorem prabere cum armis vel sine: et si fuerit forensis in duplum. Dicte pene puniatur. et de predictis quilibet

possit accusare, et habeat tertiam partem dictæ pænæ
et nomen ejus teneatur in secretum. Et de prædictis
omnibus et singulis Potestas terræ Trevii vel ejus Iu-
dex qui nunc est vel pro tempore erit valeant per
inquisitionem procedere et etiam per publicam vocem
et famam quæ probari possit per quatuor testes fidedignos
quos recipiendos et examinandos ac etiam admittendos
per ipsum dominum Potestatem vel ejus judicem prout
eis videbitur convenire inspecta qualitate facti et
conditione personarum summarie et de plano sine
strepitu et figura judicii et sententia inlata va-
leat et teneat pleno jure, non obstantibus statu-
tis reformationibus et aliis quibuscumque.

De bonis hospitalis Sancti Ioannis non fraudan-
dis. R.° 73.

Statuimus et ordinamus quod quicumque subtraxe-
rit seu abstulerit aut fraudaverit de bonis et rebus
hospitalis Sancti Ioannis novi de Trevio in C. libris
denariorum per Potestatem Communis Trevii dicto
Communi condemnetur, et nihilominus ad restitu-
tionem dictæ rei subtractæ ablatæ vel fraudatæ ipsi
hospitali condemnetur et per Potestatem prædictum
et de ablatione seu subtractione ipsius rei statur
sacramento duorum testium summarie receptorum
vel quinque de publica voce et fama. Et Potestas
prædictus teneatur omnia et singula suprascripta
observare et observari facere sub pæna centum li-
brarum denariorum dicto Communi de suo salario
applicandorum. Et illud idem intelligatur de sindi-
co dicti hospitalis videlicet de subtractione et abla-
tione bonorum dicti hospitalis. Qui sindicus teneatur

et debeat reddere rationem de introitibus et exitibus et gestis et de bonis dicti hospitalis Dominis prioribus dicte terre singulis duobus mensibus.

Quod Officiales non faciant novitatem in Palatio. R.a 74.

Statuimus et ordinamus quod Potestas terre Trevii vel ejus Officiales vel famuli vel aliquis ipsorum non possint nec debeant facere seu fieri facere aliquam novitatem in palatio Comunis Trevii sine deliberatione Concilii generalis dicte terre sub pena XXV librarum denariorum Comunis Trevii applicandorum pro quolibet et qualibet vice: et si Camerarius Comunis predicti solverit aliquam pecunie quantitatem contra formam presentis Statuti de suo proprio solvisse intelligatur et non de pecunia Comunis.

Quod nullus presentet Potestati R.a 75.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Trevio vel ejus districtu audeat vel presumat mittere aliquod exenium Potestati vel alicui suo Officiali vel famulo nec etiam alicui forensi qui venerit ad ipsum Potestatem vel staret cum ipso in palatio dicti Comunis: et qui contrafecerit in recipiendo dictum exenium in libris X denariorum de predictis et quolibet predictorum per sindicum qui erit pro tempore ad sindicandum dictum Potestatem Comunis Trevii debeat condemnari sub dicta pena et quilibet possit accusare contrafacientes et denuntiare, et stetur sacramento accusatoris vel denuntiatoris sine aliqua probatione.

Quod nil detur aut donetur Potestati R.a 76.

Statuimus et ordinamus quod nullus Civis dicti Communis au-
deat vel presumat proponere in aliquo consilio dicti
Communis quod aliquid detur aut concedatur alicui Offici-
ali dicti Communis de bonis dicti Communis vel specialium
personarum nisi salarium eidem promissum pena
C librarum denariorum Communi Trevii applicando-
rum cuilibet superioribus propositam facientibus
vel deliberantibus. Et quicumque Consiliarius consule-
rit in predictis in XXV librarum denariorum con-
dempnetur Communi predicto, et in eamdem penam
incurrat Notarius qui propositam scripserit, et si
fierit non valeat ipso jure. Et contra delinquentem
teneatur Potestas inquirere ad petitionem cujusli-
bet patentis pena XXV librarum denariorum de
suo salario: et hoc capitulum sit precisum quod
tolli non possit Consilio vel arenga.

Quod Potestas teneatur facere custodiri
carceres. R.o 77.

Statuimus et ordinamus quod Potestas Communis Tre-
vii qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur
et debeat custodire et custodiri facere carceres
Communis Trevii: et carceratos seu detentos qui sunt
in ipsis carceribus vel pro tempore erunt vel mitten-
tur seu detinebuntur in ipsis sine aliquo salario
vel mercede omni suo risico periculo et fortuna
et carceratos et carcerandos eosdem salvare do-
nec satisfecerint et solverint quantitates vel res
alias pro quibus detinentur capitulo aliquo in pre-
senti volumine infra vel supra posito seu conten-
to in aliquo non obstante. Que seu quod in quantum
predictis esset vel essent contraria volumus esse cassa

irrita nulliusque valoris. Statuentes etiam quod cam-
panas que sunt in turri dicti Communis si videbitur et
placebit dominis Prioribus et XVIII bonis hominibus de
dicta terra electis pro bono statu dicti Communis idem
Potestas per suos familiares quod pulsentur faciat
ad concilia et alia occurrentia vel opportuna dicti
Communis suo risico et fortuna sine aliquo salario vel
mercede ad penam C librarum denariorum de suo sa-
lario in quibus condemnari debeat per sindicum qui
erit ad sindicandum eumdem pro qualibet vice qua
contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum.
et nihilominus Commune et speciales personas conser-
vare teneatur indemnes. Volumus etiam et firma-
mus presenti statuto quod liceat dictis dominis Prio-
ribus et XVIII si eis placuerit providere de alio homi-
ne propulsando campanas predictas prout eis vel
majori ~~presente~~ parti ipsorum videbitur convenire: et
de illo qui debeat claves dicte turris Communis tene-
re. Dummodo tamen salarium illis qui pulsarent dictas
campanas non possit excedere quoquo modo quanti-
tatem triginta solidorum in mense: et dictus talis qui elige-
tur vel deputabitur ad pulsandum dictas campa-
nas prestare debeat fidejussores idoneos prout ~~per~~ per
dictos Priores et XVIII fuerit declaratum.

De cassecto petitionum R.a 78.

Statuimus et ordinamus quod Camerarius Communis qui pro
tempore fuerit teneatur et debeat de pecunia dicti
Communis quoddam cassectum emere quod sit et esse
debeat clausum cum duabus clavibus una quarum sit
et esse debeat penes Guardianum fratrum minorum
alia penes Camerarium Communis Trevii cum quodam fo-

ramine ex parte superiori: et ipsum capsectum ponere in Ecclesia loci fratrum minorum de Trevio: et in fine officii Potestatis et aliorum Officialium dicti Comunis sit licitum cuilibet persone mittere petitionem in dictum capsectum quam dare vult contra dictum Potestatem et ejus Officiales et alios quoscumque dicti Comunis: super quibus petitionibus audiendis et videndis sit et esse debeat sindicus qui erit ad sindicandum predictos Officiales. qui sindicus super petitionibus missis et inventis in dicto capsecto debeat procedere summarie non obstante quod non sit appositum nomen denuntiantis. et bene et legaliter sindicare debeat dictum Potestatem et ejus Officiales et alios quoscumque dicti Comunis de omnibus per eos injuste commissis et ipsos condemnare secundum peccatum per ipsos vel eum commissum secundum formam statutorum dicti Comunis. Quod capsectum debeat aperiri mane et sero dum Potestas et ejus Officiales et alii quicumque steterint ad sindicatum. Et Priores qui pro tempore fuerint si permitterent quod predicta non fierent, non possint habere in Comuni aliquod officium usque ad decem annos deinde completos, et nihilominus quilibet dictorum Priorum solvat bannum XXV librarum denariorum.

Quod Potestas teneatur facere inquisitionem de rebus Comunis. R.a 79.

Statuimus et ordinamus quod Potestas Comunis Trevisii in principio sui regiminis faciat et fieri faciat solemnem inquisitionem de bailitis confalonibus et

laudoribus et aliis rebus et massaritiis dicti Communis quibus ~~...~~ inventis ipsas massario dicti Communis debeat facere resignari.

Quod Potestas et sui Officiales teneantur observare omnia Statuta. R.o 80.

Statuimus et ordinamus quod Potestas terre Trevii et Officiales ejus teneantur et debeant executioni mandare omnia et singula Statuta ordinamenta vel reformationes conciliariorum ~~...~~ Communis Trevii facta et facienda juxta suum posse que non essent contra jurisdictionem et libertatem Ecclesie: et si Potestas non observaverit vel executioni mandaverit vel fuerit negligens vel remissus perdat de suo salario L libras denariorum que deveniant in Commune. Si vero Judex non servaverit perdat de suo salario XXV libras denariorum. Si vero Notarius non servaverit solvat X libras denariorum pro quolibet et qualibet vice. Que omnes supradicte pene deveniant in Commune predicto: salvis aliis penis in Statutis contentis.

Quod contumaciter condemnatis solventibus infra X dies condemnationem diminuatur quarta pars. R.o 81.

Statuimus et ordinamus quod delinquentes et per contumaciam condemnati vel exbanniti si voluerint solvere condemnationem infra decem dies a die late sententie quod possint cum diminutione quarte partis condemnationis de ipsis vel ipso facte: et beneficium solutionis cum diminutione quarte, infra decem dies habeat et habere possit capitulo aliquo non obstante.

Quod platea Communis sit libera et expedita R.o 82.

Statuimus et ordinamus quod Platea Comunis Trevii, que est ante palatium ipsius Comunis et populi a muris domorum intus existentium circum ipsam plateam sit libera et expedita sine impedimento et ingombaramento specialium personarum ita quod nulli liceat in muris ipsarum domorum vacantes ipsas domus habere aliquam bancam vel assidem que egrediatur extra versus plateam ad penam centum solidorum denariorum Comunis Trevii applicandorum, et hoc capitulum banniatur infra unum mensem post introitum Potestatis.

De pena Officialium carcerantium aliquem injuste et tormentantium sine licentia dominorum Priorum R.° 83. —

Statuimus et ordinamus quod Potestas terre Trevii non audeat nec presumat nec alius suus officialis retinere aliquem in carcere vel in camera vel alio loco Palatii vel in ceppis vel compedibus pro aliqua civili causa vel criminali vel mista nisi pro causa legitima et honesta, et requisitus Potestas vel ejus Officiales de causa debeat cuilibet amico et attinenti vel intercedenti pro carcerato dicere causam sue retentionis et carcerationis ad hoc ut nil occultum fiat contra justitiam: et si Potestas vel ejus Officiales incontinenti recusaret predicta facere presumatur injuste retinere; et in hoc casu et aliis a jure permissis possit agi actione injuriarum: si vero aliquis Amicus consanguineus vel affinis obtulerit pro carcerato et retento dare fidejussorem de parendo mandatis curie et facere omnia ad que de jure teneretur occasione dicte carcerationis: et Potestas vel Officialis alius renuerit predicta facere vel relassare tunc possit contra eum agi actione injuriarum et nihilominus incidat in penam L librarum denariorum pro quolibet sic retento et qualibet vice Comuni Trevii appli-

candorum. Et predicta fidejussio non habeat locum in ca-
sibus ubi pena esset personaliter vel in corpore vel cor-
poris afflictiva. Item quod Potestas vel sui Officiales non
possint aliquem tormentare nisi de licentia Magnificorum
Dominorum Priorum terre Trevii sub dicta pena.

De pena receptantium exbannitos et committen-
tium homicidium et auxilium prestantium.

R.o 84.

Statuimus et ordinamus quod infrascripta omnia et sin-
gula capitula decreta et ordinamenta confirmata et
approbata ut infra adunguem et in omnibus et per
omnia inviolabiliter observentur: quorum tenor ta-
lis est videlicet. Jesus.

In Dei nomine Amen anno domini millesimo qua-
tricentesimo octuagesimo tertio Indictione prima tempore
sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri domini Sixto
divina providentia Pape quarto et die septima mensis apri-
lis. Nos honofrius Antonii Pepe de urbe honorabilis Honofrius! Potestas
terre Trevii. Lucas Antonii: Paulus Martini et Petro-
nus Cicaglia Priores antepositi dicte terre Trevii. Do-
minus Natimbene de Valentibus utriusque juris doctor dominus Mat-
theus Augustini. Gaspar Ser Antonii Magister Ioannes
Francisci medicine Doctor: Gregorius Antonelli Palmutius
Hieronimi: Gaspar Bonanni: ser Iacobus Sixti et Pal-
mutius Marci de dicta terra Trevii homines deputati
et electi per prefatos dominos Priores ex commissione
Concilii sive Arenghe generalis et vacantes et cum dili-
gentia et accurata sollicitudine attendentes circa re-
missionem nobis factam per prefatum concilium si-
ve arenghum generalem, ut ne in dicta terra et ejus
comitatu committantur homicidia in futurum ita

de facili et leviter. Ideo unanimiter et concorditer ne-
mine discrepante pro honore et statu Sanctissimi Do-
mini nostri: Sanctæque Romanæ Ecclesiæ: nec non
pro statu pacifico et quieto dictæ terræ Trevii ad
perpetuam devotionem præfati Sanctissimi Domini
nostri et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ ac etiam
Rmi in Christo Patris et Domini Domini L. Patria-
chæ Antiochiæ Perusii ~~et fiunt~~ &c. cum potestate Le-
gati de latere Gubernatoris dignissimi et ad repri-
mendam nequitiam insolentiamque homicidiarum.
Idcirco in perpetuum hac valitura sanctione et lege
Statuimus et ordinamus quod de cætero nemo de Trevio vel
ejus Comitatu aut habitator in dicta terra vel ejus di-
strictu audeat vel præsumat scienter receptare
seu recipere aliquem bannitum seu condemnatum
capitaliter et ad mortem in domo habitationis vel in
capanna vel in agro vel in alio loco sub pœna viginti
quinque florenorum pro quolibet et qualibet vice de
facto et intelligatur receptasse eo ipso quod Do-
minus talis domus vel habitator seu stans in aliquo
alio loco non adclamaverit alta voce et sæpe sæpius
adeo quod circumstantibus verisimiliter possit audiri
alli ladri alli assassini et similia donec poterit vide-
re dictum condemnatum ut supra et tali casu
non puniatur receptans: et quando Pater fami-
lias esset absens alii de domo teneantur sub dicta
pœna. Item quod nemo ut supra audeat vel præ-
sumat per se vel alium dare seu mittere aliquem
cibum seu potum nec aliquod commercium cum
aliquo ex dictis exbannitis in domo suæ habitationis sub
dicta pœna. Item quod quilibet loquens vel commercium

habens scienter cum aliquo ex dictis exbannitis in domo sue habitationis vel in aliquo alio loco etiam si non esset pater familias sed esset de familia talis habitatoris domus vel possessionis vel alterius loci vel etiam conductoris incidat ipso facto in penam predictam. et pater familias teneatur pro qualibet de sua familia in tali casu. Item quod nemo audeat alibi loqui cum aliquo ex dictis bannitis ad penam decem florenorum. Item quod quilibet videns aliquem ex dictis bannitis teneatur statim alta voce vociferare et clamare alli ladri et alli assassini et huilia et quilibet teneatur occurrere et propsse capere talem bannitum sub pena quinque florenorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Item quod quilibet possit impune et sine pena aliqua offendere vulnerare et interficere talem bannitum ut supra. Item quod quilibet interficiens seu capiens aut capi faciens et consignans curie Brebane aliquem ex dictis bannitis ut supra premiatur, et laudetur hoc modo; videlicet Quia si talis interficiens vel capiens et consignans dicte curie aliquem ex dictis bannitis ut supra esset bannitus ad mortem vel aliter minori pena quod intelligatur ipso jure et sine aliqua declaratione esset rebannitus et restitutus et liberatus et absolutus ab omni pena in qua fuisset bannitus. Et si talis interficiens vel consignans ut supra non esset bannitus quod ipse possit nominare quemlibet alium bannitum et talis sic nominatus habeat dictum privilegium scilicet quod ipso jure intelligatur liberatus et absolutus ab omni ejus condemnatione ut supra: hoc intellecto quod dictus

talis habens privilegium prædictum si non habet pacem cum adversariis quod sit paratus eam facere et reficere heredibus interfecti damna et interesse ad declarationem Potestatis et Priorum dictæ terræ, et quod pro uno homicidio interfecto non possit liberari et absolvi nisi unus: et quod dictum privilegium liberationis banni non intelligatur quo ad supradictos Minicutium et filios et Wilianum de Castro Fabri qui imprimis crudeliter interfecerunt Spitios Ficcaglie. Item quod de cetero immediate Potestas et Priores cum Confaloneriis et Confalone et toto Populo congregando ad sonum campanæ more solito ad larme teneantur ire ad domos et possessiones omnes cujuslibet qui aliquem terrigenam de Trevio vel ejus districtus vel habitatorem interficeret in territorio dictæ terræ vel etiam extra ejus districtum dummodo interfectus vel interfecta sit de dicta terra Trevii vel habitator vel ejus districtus et funditus ruere demoliri incidere et eradicare et in vastum deducere domos, possessiones et arbores in eis existentes dicti homicidæ et etiam igne comburere si commode fieri potest. Et in casu quo Potestas aut Priores essent negligentes: et quod incontinenti quando casus acciderit non exequerentur prædicta quod quilibet et pro qualibet vice incidat ipso facto in pœnam quinquaginta florenorum auri de auro pro tertia parte applicanda Comuni Trevii, alia tertia Officiali facienti executionem et altera tertia Fabricæ Sancti Martini. Item quod ad capiendum dictos homicidas et ad faciendum dictum guastum quilibet teneatur

obedire mandatis dicti domini Potestatis dominorum Priorum et cujuslibet Officialis sub poena unius ducati auri pro quolibet et qualibet vice et quolibet mandato auferenda a contrafaciente de facto. Item quod Potestas Trevii et ejus Officiales propositi teneantur persequi et capere omnes homicidas et ad mortem condemnatos, et de eis facere justitiam et pro quolibet tali homicida seu condemnato ad mortem qui caperetur seu in capiendo interficeretur ab ipso Potestate vel ejus familia habeat dictus Potestas pro quolibet decem ducatos auri de bonis Comunis Trevii. Quos Priores qui pro tempore erunt teneantur proposse recuperare de bonis dicti homicidae. Item et quia posset succedere quod expediret dictae Comunitati quod per aliquos loqueretur dictis Bannitis ideo statuimus quod quicumque loqueretur seu conversaretur cum dictis bannitis de licentia Gubernatoris seu Potestatis aut dominorum Priorum dictae terrae sit liber et exemptus a dictis poenis. Item quod quilibet mandans seu committens fieri homicidium seu ex proposito vel studiose dederit favorem vel opem ad homicidium committendum habeatur et intelligatur verus homicida et condemnetur et puniatur ut verus et proprius homicida, et omnes leges et statuta et praesentes ordinationes et decreta supradicta et infrascripta habeant locum et intelligantur in talibus auxiliantibus consulentibus et dantibus auxilium et operam ut in vero et proprio homicida non obstante aliquo statuto vel reformatione in contrarium loquente. Item quod quilibet Pater-familias teneatur pro suo filio quando committeret homicidium pro una legitima cum dimidia alterius dimidiae: et in bonis dicti Patris fami-

lias usque ad dictam legitimam cum dimidia debeat
fieri dictum guastum et demolitio et eradicatio. Et
dictus Pater Familias teneatur incontinenti praefa-
tis Potestati et Prioribus consignare tantum de bo-
nis suis quod ascendat ad dictam legitimam cum
dimidia: et si dictus Pater Familias praedicta recusa-
ret quod universaliter fiat guastum in bonis suis.

Confirmatio

Nos Baptista de Sunariis de Bachare-
to Iuris utriusque Doctor et Comes Palatinus Rev.mi domini Patriarchae
~~Anthiochia~~ Anthiochiensis Perusii Fulginii Trevii ~~et~~ &c.
cum Potestate Legati de latere Gubernatoris ge-
neralis locumtenentis Generalis. De speciali mandato
praefati domini supra scriptas omnes et singulas
reformationes et capitula in praecedenti et praesenti
folio supra et infrascriptas confirmamus et appro-
bamus tamquam honestas et licitas et mandamus eas
inviolabiliter observari. Datum Fulginii sub im-
pressionis nostri majoris sigillo die IIII aprilis MCC
LXXXIII, obmisso sigillo sic legebatur Io. Baptista de Sar-
nano. Item quod si contingat homicidium fieri
per aliquem ex fratribus communiter viventibus quod ta-
li casu frater seu fratres innocentes de dicto homici-
dio debeat incontinenti eorum bona dividere aequa-
liter et proportionabiliter; et Potestas et Prio-
res cum Confaloneriis possint eligere et eligant
portionem pro dicto homicida: et illa portio sic
electa demoliatur et deguastetur ut supra. Item
quod omnia supradicta habeant locum in homi-
cidiis et auxiliantibus et consulentibus studiose
et non in committendis casualiter, et non ex pro-
posito. Item quod omnes dictae penae exigantur

de facto et sine strepitu et quilibet possit accusare tales delinquentes: et quarta pars dictarum penarum sit accusatoris, et teneatur ejus nomen secretum et credatur tali accusatori cum juramento, et cum uno teste fide digno et omni exceptione majore: et alia quarta pars sit Officialis executionem facientis: alia quarta Ecclesiae sancti Martini, et alia quarta Comunis Trevii. Et quia frustra fierent leges nisi essent legitimi exequutores, ideo statuimus quod Dominus Potestas dictae terrae qui nunc est et qui pro tempore fuerit valeat et debeat in omnibus praedictis procedere condemnare et exequi, de facto et sine processu et extrajudicialiter etiam cum carceratione et tortura: et quod de hoc non sindicetur. Et ad corroborationem omnium suprascriptorum capitulorum infrascripta sunt brevia sanctissimi domini nostri Papae Sixti, quorum tenor infra sequitur: videlicet a tergo. Dilectis Filiis Prioribus antepositis et Concilio generali terrae nostrae Trevii. Intus vero sic. Sixtus Papa IIII. Dilecti Filii, tenore brevis salutem et apostolicam benedictionem. Supplicari nobis humiliter fecistis, quod cum nos quaedam capitula seu reformationes contra homicidas edidèritis dignaremur illa pro quiete et bono vero regimine edita et per Venerabilem fratrem L. Patriarcham Anthiochenum Gubernatorem vestrum confirmata et apostolica auctoritate ad majus robur confirmare nos qui tranquillitatem et comodum vestrum pro peculiari nostra in vos caritate desideramus hujusmodi supplicationibus inclinati tenore praesentium capitula seu reformationes hujusmodi quatenus justa

et rationabilia sint, et in prejudicium Camere nostre Apostolice non tendant Apostolica auctoritate approbamus et confirmamus illaque ab omnibus ad quos spectat sub penis in eis appositis observari debere decernimus et declaramus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die XII Aprilis MCCCC LXXXIII Pontificatus nostri anno duodecimo de mandato sequuntur litteræ alterius manus subscriptæ videlicet L. Grifus obmisso sigillo Pontificali.

Sixtus Papa IIII universis tenor brevis et singulis Gubernatoribus Locumtenentibus Potestatibus Capitaneis Judicibus Bariscellis, Officialibus aliis nostris et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate vel immediate subditis ad quos presentes litteræ pervenerint salutem et Apostolicam Benedictionem. Accepimus cum animi molestia quosdam Antonellum et Mathiam ac Menentium eorum patrem nec non Emilianum Petri de castro Fabri Districtus terræ nostræ Erevii Ducatus Spoletanii diabolico Spiritu ductos commisisse nuper atrox et orrendum facinus in Pierdominicum et Lucianum impuberes natos contradam bruscaglie de dicto castro quem alias idem Antonellus proditorie interfecerat. ipsos enim impuberes tamquam Patris eorum nece non contenti crudeliter interfecerunt. Quare cum talia non sint oculis conniventibus tolleranda quippe que mali exempli existunt. volentes super his debite animadvertere omnibus et singulis supradictis specialiter vero Dilectis Filiis Nobili Viro Julio Cesar de Varano domicello Camerinense ac Guidoni et

Rodulfo de Balionibus de Perusia tenore presentium pro quanto gratiam nostram caram habent et indignationem cupiunt evitare mandamus. Quatenus latori presentium omnibus opportunis favoribus consiliis et auxiliis assistant quibus mediantibus dicti Antonellus et Mathias a Albercutiis et Emilianus capiantur et prout lator ipse presentium ordinabit consignentur omni executione exceptione et tergiversatione cessante, ita quod juxta ipsius latoris relationem possimus intelligere omnem promptitudinem et necessariam operam in hoc per unum quemque fuisse adhibitam. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die VIII Aprilis MCCCCLXXXIII Pontificatus nostri anno duodecimo obmisso sigillo Pontificali extra litteras et in fine litterarum predictarum est subscriptio sic L. Grifus. Demum erat publicatio Notarii sic videlicet. Et ego Antonius Ioannis de Gualterutiis de Saonano publicus Imperiali auctoritate Notarius et nunc Cancellarius et Notarius reformationum Comunis et hominum terre Iverii supra scriptis omnibus reformationibus et capitulis ut supra legitur dum sic agerentur et fierent interfui, et presens fui et ea rogatus quia aliis impeditus negotiis alii Notario mihi fido scribenda commisi et publicavi. Et ad fidem et testimonium predictorum signum meum apposui consuetum, et obmisso Notarii signo sic legebatur. Signum mei Antonii Cancellarii et Notarii supra scripti. —

Quod nullus dicat viva la parte quelsa ne ge

bellina. R.a 85. —

Statuimus et ordinamus quod juxta civiles sanctiones quę de novo emergunt novo indigent auxilio et ut omnis scandalorum materia tollatur, quod nulla persona tantę presumptionis et audacię existat ut in dicta terra Trevii vel ejus Comitatu et Districtu aliquo sito colore directe vel indirecte audeat vel presumat se vel alium seu alios facere Guelfum seu Gebellinum seu aliquam partialitatem seu aliter nominando dictas partes vel earum alteram nec alicui reimproperare dictas partialitates vel alteram earum seu dicere qualitercumque in futuro tempore: et si quis contra fecerit puniatur in ducatis viginti quinque sine aliqua diminutione applicandis pro medietate Camerę apostolicę et pro alia dimidia Camerę dictę terrę Trevii, et habeat de facto et statim quinque tractus cordę: quod Potestas statim facere teneatur sub dicta pena. Et si Potestas qui pro tempore fuerit negligens fuerit in puniendo reperium culpabilem in predictis vel aliquo predictorum puniatur in XL. libris denariorum retinendis de suo salario tempore sui sindicatus applicandis pro medietate dictę Camerę apostolicę et pro alia medietate dictę Camerę dictę Terrę Trevii.

De poena negantis pignus R.a 86.

Statuimus et ordinamus ad refrenandum versutiam et superbiam ac temeritatem quorumdam superborum et temerariorum quod nulla persona cujuscumque status conditionis et preheminentię fuerit de Trevio vel ejusdem Districtu et Comitatu et etiam aliunde, audeat vel presumat ali-

colore quesito vetare vel prohibere vel denegare bajulo vel bajulis vel aliis familiaribus vel berroariis vel aliis Officialibus et Personis Terrae Trevii missis vel destinatis mandato curiae Domini Potestatis Cancellarii vel Magnificorum Dominorum Priorum vel mandato alicujus Officialis Comunis Trevii pignus vel pignora vel tenutam poena X librarum denariorum de facto auferendorum. Si quis autem vel si qua persona pignus acceptum vel tenutam per bajulum vel bajulos vel alios Officiales vel familiares receperit et abstulerit auctoritate propria si Officialis poenam XXV librarum denariorum ipso facto incurrat, si bajulo vel bajulis vel aliis berroariis vel familiaribus vel aliis personis poenam XX librarum denariorum incurrat. Si qua autem Persona separaverit personaliter bajulo vel bajulis vel aliis familiaribus vel berroariis et Officialibus vel aliis personis non parendo mandatis et voluntate praedictorum volentium ipsam pignorare vel tenutam capere: si Officiali poenam praedictam XXV librarum denariorum incurrat. Si aliis XX librarum denariorum ipso facto incidat. Quam poenam Potestas vel Officiales de Trevio de facto persolvi faciat et nihilominus si personaliter haberi possunt tales delinquentes in palatio Domini Potestatis vel cippis vel carceribus Comunis Trevii immittantur et cogantur prout de Domini Potestatis vel Officialis processerit voluntate: et inde talis delinquens non discedat donec debitum pro quo pignus capiebatur vel tenuta cum omnibus expensis damnis et interesse partis ad petitionem cujus talia fiebant integre et sine diminutione aliqua effectu

aliter persolverit in pecunia numerata de quibus omni-
bus ex suo officio et ad petitionem cujuscumque pe-
tentis Potestas et alii Officiales terrae Trevii executio-
nem faciant sub poena dupli quantitatis XXV libra-
rum denariorum si negligentes fuerint.

De poena prestantis operam vel consilium
malefficio R.a 87.

Statuimus et ordinamus adjicientes Statuto posito
sub Rubrica de pena frangentis carceres ipsum con-
firmando: quod quicumque dederit alicui vel ali-
quibus auxilium consilium vel favorem ad perpe-
trandum aliquod malefficium dicto vel facto ea-
dem poena puniatur qua punitur ille principalis
malefactor: sed hoc non vendicet sibi locum in
homicidiis in quibus loquitur Statutum loquens de
homicidio.

Quod quilibet Priorathus teneatur fabricari
facere duas perticas muri R.a 88.

Statuimus et ordinamus quod quilibet prioratus
teneatur et debeat poena X librarum denariorum
pro qualibet et qualibet vice facere fieri et fabri-
cari tempore ipsorum officii duas perticas muri ad
minus in muris comunis Trevii ubi magis necessarium
fuerit et quod sub eadem pena Camerarius Comu-
nis Trevii non possit neque debeat alicui ex priori-
bus dictam quantitatem X librarum denariorum
solvere nisi dictum murum fabricari fecerint cum
effectu: scilicet penes Comune retinere teneatur
et si aliter solveret intelligatur solvisse de pro-
proprio: et dominus Potestas Trevii teneatur
in praedictis favere dictis dominis Prioribus et

Camerario sub eadem poena et faciens executio-
nem de praedictis poenis habeat quartam par-
tem de quibus Cancellarius Communis Trevii tenea-
tur et debeat numero XVIII notitiam facere et
intimare in eorum introitu.

De poena offendentis dicto vel facto homi-
nes Castri Sancti Joannis occasione jam
factae separationis R.ª 83.

Statuimus et ordinamus animadvertentes ut Castrum
et homines Sancti Joannis manuteneantur: et ad tol-
lendum materiam omnem scandali et erroris: cupien-
tes pro posse praedictis obviare: et ut unusquisque ter-
minos juris et justitiae non excedat. Quod hinc in
posterum nulla persona cujuscumque status digni-
tatis conditionis et praeheminentiae existat audeat
vel praesumat publice vel occulte directe vel indi-
recte inferre alicui personae de dicto Castro Comita-
tus Trevii verbo vel facto aliquam injuriam
occasione separationis dicti Castri et hominum
ejusdem a Communitate Trevii praedicta: nec etiam
prosperare aliquid ex quo verisimiliter conjectu-
rari possit ex causa praedicta sub poena quatrupli
illius poenae in qua venerit ~~venerit~~ quis puniendus ex
forma Statutorum Trevii alicui alteri Trebano
contra alium Trebanum praedicta committenti
vel dicenti: et si non esset poena determina-
ta tunc et eo casu procedatur de similibus ad
similia semper animadvertendo ad quatruplum
quod pro simplo semper habeatur: et duplicari
possit dicta poena si duplicanda venit secundum formam

Statutorum. Et similiter nulla persona predicta audeat dicere alicui persone de dicto Castro presenti vel etiam absenti ti havimo ricomparato overo non fui mai ricomparato como tu, aut dicere cum aliquo, ma no havimo comparato San Joanni sub pena quatrupli predicte.

De pena temperantis vel procurantis auferre vel separare castrum Sancti Joannis a Comunitate Trevii et ejus obedientia. Ru. 90.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscumque status conditionis, dignitatis et preheminentie sit vel fuerit audeat vel presumat quodcumque et qualitercumque aliqua ratione occasione vel causa vel quocumque quesito colore attemptare dicere operari vel ordinare directe vel indirecte publice vel occulte quod Castrum Sancti Joannis homines ejusdem vel ejus pertinentie et jurisdictio ullo umquam tempore separetur a Comunitate et jurisdictione et dominio terre Trevii. Et illa persona que quodcumque et qualitercumque seu alio quesito colore ratione occasione vel causa attemptaverit preparaverit, diceret, faceret operaretur vel ~~in~~ ordinaret directe vel indirecte ex quo periri vel excogitari posset verisimiliter quod dictum Castrum homines jurisdictiones et pertinentie predicte amplius a dicta Comunitate Trevii et ejus dominio separentur seu tollerentur incidat et incidisse intelligatur in penam amputationis cappitis et confiscatione omnium ipsius bonorum qui tentaverit, diceret, faceret, prepararet, ordinaret, vel permitteret ea ut supra. Et qui predicta vel aliquod predictorum revelaverit, sit semper ejus persona immunis ab omnibus

ae

personalibus factionibus, et habeat tertiam partem bonorum confiscatorum: et si socius criminis fuerit primus ad revelandum sit penitus absolutus a pena predicta: et nihilominus consequatur dictum aliud premium: et hec lex sit perpetuo valitura: et pro statuto quod tolli non possit aliquo alio statuto vel reformatione, quod si secus fieret pro nullo quod factum erit habeatur.

De pena plorantium in funeribus vel vociferantium extra domum. R.a 91.

Statuimus et ordinamus ad tollendum malam consuetudinem et inhonestos mores mulierum quod hinc in posterum nulla mulier terre Trevii vel aliunde in funeralibus audeat vel presumat aliqua occasione vel causa vel quesito colore exire extra domum defuncti ad plorandum prout hactenus consuetum extitit, nec ibidem stare, scilicet stent et stare debeant in domo predicta durantibus dictis funeralibus sub pena et ad penam librarum X denariorum pro qualibet muliere contrafaciente auferendorum de facto applicandorum pro quarta parte Officiali facienti executionem et pro alia parte dicte pene Camere Comunis Trevii: sed solum liceat hominibus masculis ante domos defunctorum stare honeste tamen non vociferando nec exclamando sub pena predicta. Nec possint dicte mulieres cum funeribus ire ad Ecclesias sub dicta jam pena applicanda ut supra. Et Potestas qui pro tempore erit et ejus Officiales extraordinarie teneantur et debeant sub pena XXV librarum denariorum de eorum salario retinendorum per Camerarium Comunis terre Trevii, et applicandorum Monti

Pietatis Trevii de predictis inquirere et in ipsis pro-
cedere et executioni mandare ut supra. Et per fa-
milias domus mulieris contrafacientis predictis pro
dicta muliere ad dictam penam teneatur, quod
statutum et reformatio sit perpetuo valitura: et
solum militet inter urbanos et habitantes inte-
ra Trevii et non in comitatu.

De arbitrio Magnificorum Dominorum Prio-
rum Terre Trevii. R.o 92.

Statuimus et ordinamus ad tollendam et reprimen-
dam audaciam immo temeritatem inobedientium
Magnificis dominis Prioribus dicte terre pro tempore
existentibus: quod omnino prefati Magnifici domi-
ni Priores habeant arbitrium auctoritatem pote-
statemque omnimodam pro exigendis rebus perti-
nentibus ad Comune Trevii, et ad eorum officium
imponendi penam inobedientibus eorum man-
datis predictis librarum X denariorum cuilibet
inobedienti, et ipsam penam de facto exigendi
et exigi faciendi sine aliquo processu vel di-
latione per Potestatem Terre Trevii seu ejus offi-
ciales pro tempore existentes qui predictis domi-
nis prioribus parere et obedire teneantur et de-
beant. Quod statutum habeatur perpetuo pro le-
ge valitura: aliis in contrarium facientibus non
obstantibus que pena limitari possit per pre-
dictos dominos Priores.

Quod Potestas teneatur inchoare processus
infra X dies a die commissi malefitii. R.o 93.

Statuimus et ordinamus quod cum in preteritum
Potestas et Judices terre Trevii pigri, tardi, et

remissi fuerint in formando processus, et aliquan-
do post mensem a die commissi maleficii, adeo quod
multa maleficia intermissa et impunita re-
manserint cum nulla instantia prefixa sit
Potestati et Judici ad incoandum processus sive
inquisitiones unde volentes huic morbo salubrem
adhibere medelam reformamus. Quod quilibet Pote-
stas et Judex teneantur et debeant incohare proces-
sus sive inquisitiones formare contra delinquentes
occasione cujuscumque delicti perpetrati infra decem
dies a die commissi sive perpetrati delicti sub pena
XX librarum denariorum pro qualibet ipsorum et quo-
libet maleficio.

De pena offendentis Castellanos Sancti Joan-
nes R.o 94.

Statuimus et ordinamus quod si aliquis offenderit Castel-
lanos vel Castellanum Castri Sancti Joannis vel ejus fa-
miliam verbo vel facto occasione eorum officii puniatur
ac si offendisset Potestatem Civit. Trevii.

De arbitrio Castellanorum Sancti Joannis in
maleficiis R.o 95.

Statuimus et ordinamus quod Castellani Castri Sancti Jo-
annis habeant et habere intelligantur arbitrium
auctoritatem et potestatem et baliam ratione et
causa eorum officii exercendi imponendi penam et de
facto exigendi usque in quantitatem XXV librarum de-
nariorum. Et Priores qui pro tempore erunt ha-
beant auctoritatem mitigandi penam predictam usque
ad X librarum denariorum cujus pene quarta pars sit
dicti Castellani imponentis dictam penam, et alia quar-
ta pars sit Officialis exequentis penam et residuum

sit Comunis Trevii. Teneatur tamen Potestas et ejus
curia ad requisitionem dominorum Priorum et dictorum
Castellanorum favere dicto Castellano in cunctis perti-
nentibus ad Officium Castellanorum: et si quando opus
erit et dominis Prioribus et Castellanis videbitur carce-
randi, pignorandi et personaliter capiendi, prout et facti
necessitas et honor officii postularet.

De pena Castellani qui intromictit aliquem
in turrim Sancti Joannis. R.a 96.

Statuimus et ordinamus quod nullus Castellanus tur-
ris Sancti Joannis audeat vel presumat intromictere
in turrim Sancti Joannis comitatus terre Trevii ali-
quem Trebanum vel Forensem sine expressa licen-
tia Magnificorum dominorum Priorum, que debeat
apparere in scriptis manu Cancellarii et cum si-
gillo Comunis pena XXV ducatorum auri et pri-
vatione officii et perditi salarii: et cuilibet li-
ceat accusare et denuntiare Castellanum contra
dictam formam facientem, et credatur juramento
accusatoris vel denuntiatoris cum uno teste de visu
et nomen accusatoris vel denuntiatoris teneatur
secretum, et habeat quartam partem dicte pene
sine diminutione aliqua de qua non possit fieri
gratia: aliam quartam partem habeat Officialis fa-
ciens executionem, et residuum veniat in Comuni.

*Pena Castellanis quando ad minus duo non
steterint in Roccha de die, et tres de nocte.
R.a 97.

Statuimus et ordinamus quod duo ex Castellanis
de die continue debeant stare in turri Castri
Sancti Joannis: et de nocte ipsi duo Castellani

et famulis sub pena XXV ducatorum auri et supra
exigendorum et applicandorum, et alium substitutos e
non possint nisi de expressa licentia et voluntate
dominorum Treviorum pro modico tempore sub dicta
pena: et pro magno tempore nullus Castellano
possit servire pro substituto nisi justum et evidens
steterit impedimentum quia tunc talis substitu-
tus debeat eligi in consilio Communis Trevii sub
dicta pena, et cuilibet liceat denuntiare ut su-
pra et habeat quartam partem pene ut supra
in proximo precedenti capitulo.

Quod si privilegiatus non suppositus juris-
dictioni Trevii de rixa cum supposito pe-
nam non solvit: sic etiam supposi-
tus non solvat. Rub.o 98.

Statuimus et ordinamus quod si in posterum
contigerit aliquem de Trevio vel ejus districtu
devenire ad rixam verbo vel facto quolibet cum
aliquo vel aliquibus non suppositis et non subje-
ctis jurisdictioni Potestatis Trevii et sue curie
sive Communis Trevii cum percussionibus et sangui-
nis effusione vel sine quodcumque et qualiter-
cumque aliquo quesito privilegio excusatis per
Potestatem terre Trevii et ejus curiam, nec per
quoscumque alios Officiales dicte terre nullatenus
procedatur ad aliquam penam contra hujusmodi
rixantes cum non suppositis et non subjectis ju-
ris dictioni predicte: adeo quod si non solvat
talis non suppositus Communi Trevii solvere non
teneatur, quod fiunt suppositus Trevigena vel
destrictuales ut premictitur. Simili modo et

forma dicimus in dictatione armorum quia solent multi privilegiati ferre arma qui habent inimicitiam cum terrigena, quod si terrigena hujusmodi portaverit arma non teneatur ad pœnam in dicto capitulo tamen contra privilegiatum quia quod quisque juris statuit eodem jure utatur.

Quod Crebanus in pœnis pecuniariis delinquens contra Forensem puniatur tertia parte minus

R.o 99.

Statuimus et ordinamus quod si contingat aliquem terrigenam terræ Crevii vel in dicta terra vel ejus Comitatu habitantem pro continuo habitanda et onera Communis Crevii substinentem offendere forensem aliquem in Crevio vel ejus Comitatu non habitantem in dicta terra seu habitantem et onera Communis non substinentem sicut originalis Crebanie substinent si homicidium commiserit puniatur sicut commiserit in personam Crebanii. si vero aliter citra mortem vel debilitationem membrorum offenderit tertia parte minus pœnæ qua puniretur Crebanus offendens Crebanum puniatur.

Quod maleficium sufficiat referri per unum ex capitaneis infra certum tempus. R.o 100.

Statuimus et ordinamus quod maleficium et delictum quod teneatur referri potestati sufficiat fuisse relatum per unum ex capitaneis et debeat dare testes et alia inditia quæ possunt haberi: et maleficia cum sanguine habeant terminum sex dierum: alia vero infra XV dies non obstante alio statuto in contrarium loquente.

De Forensibus piscantibus et aucupantibus in territorio dicti Crevii R.o 101.

Statuimus et ordinamus ad evitandum scandala et errores
qui quotidie eveniunt et evenire possunt inter nostros
homines Trebanos et nostros Convicinos precipue vena-
tores et piscatores: quod de cetero nullus forensis cu-
juscumque status aut conditionis existat audeat vel
presumat aliquo quesito colore modo vel forma in ter-
ritorio Trevii piscare vel aucupare sive aliquam ve-
nationem aut aucupationem facere ad penam X li-
brarum denariorum pro quolibet et qualibet vice, et
sub pena ammissionis retium et cujuscumque instru-
menti cujus pene et rerum ammissarum medietas
sit Comunis Trevii, alia medietas sit Officialis executio-
nem facientis: que medietas non possit aliquo pacto tol-
li nec auferri per aliquod consilium. Et unusquis-
que de Trevio et suo comitatu teneatur et debeat fa-
vere Officiali in predictis verbo et facto: et si quis Tre-
banus aliquod commiserit maleficium contra ipsos foren-
ses favendo et juvando Officiali ad predicta vel aliquod
predictorum in nullam penam incurrat non obstantibus
quibuscumque. Simili modo si Trebanus prestaret auxi-
lium Officiali quando exerceret suum officium con-
tra forenses ex alia causa; et forensis vellet supe-
rare et resistere contra Officialem, si in tali rixa con-
tigeret committi aliquod maleficium: Trebanus non te-
neatur ad penam.

Quod quicumque commiserit maleficium pro de-
fensione piscium et confinium terre Trevii vel
in prestando auxilium, non teneatur ad pe-
nam contra forenses. R.o 102.

Statuimus et ordinamus adjicientes ad predicta in

precedenti capitulo contenta, quod si aliqua questio vel rixa initiaretur in territorio Trevii per aliquem vel aliquot forenses contra aliquem Trebanum liceat impune cuilibet Trebano contra dictum forensem prestare auxilium consilium et favorem. Et teneatur unusquisque de Trevio et ejus Comitatu accedere ire et currere et in dicto rumore et surgente rixa faveundo Trebano modo aliquo percusserit ipsum forensem citra tamen homicidium non incurrat in aliquam penam. Simili modo et forma dicimus et ordinamus quod quicumque cujusvis status et conditionis existat operans pro defensione et statu et manutentione jurium jurisdictionum et confinium Territorii Communis Trevii. et aliquid casualiter commiserit maleficium excessum vel delictum dicta occasione usque ad mortem inclusive contra occupare aut diminuere vel aliquo quesito colore causa vel forma ledere jura jurisdictionesque et confinia sive confines dicte terre Trevii volentes et attentantes in nullam penam incurrat nec subiici possit nec incurrere presumatur quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Quod Trebano liceat contra Forensem venientem in Territorium Trevii causa offendendi Trebanum vocare amicos et consanguineos. R.o 103.

Statuimus et ordinamus quod quicumque Forensis tentare venire vel veniret ad offendendum aliquem Trebanum in districtum et comitatum Trevii, vel in terram Trevii liceat cuilibet Trebano predicto vocare et congregare consanguineos et affines et amicos: dummodo quod hoc non

fiat fictitio modo et constet ex presumptionibus inditiis de predictis
possit impune quolibet predictorum offendi.

Quod mulieres male fame contra voluntatem
Viciniorum non possint stare in convicinia.

R.° 104.

Statuimus et ordinamus quod mulieres male conditionis
et fame moram trahentes in aliquo vicinato Potestas Iu-
dex et ceteri Officiales terre Corvii in continenti teneantur
et debeant vinculo juramenti et pena XXV li-
brarum denariorum pro quolibet infra terminum qua-
tuor [illegible] dierum ad querelam viciniorum de
facto dictas mulieres et mulierem expellere: et si
mandatis prefatorum officialium vel alicujus eorum
parere dicta mala mulier recusaverit, possit eam
per vim expellere carcerare et multare in persona
vel rebus usque ad summam librarum L denariorum
ita et taliter quod penitus recedat de illa convicinia.

De pena vendentis terrenum maxime prope confi-
nes alicui non supposito Communi Corvii, et de
pena Notarii Camere si levaverit de Catasto.

R.° 105.

Statuimus et ordinamus quod nullus de Corvio vel
ejus districtu vel quevis alia persona cujuscumque
conditionis existat audeat vel presumat vendere
vel alienare alicui forensi vel alii persone Colle-
gio vel universitati non supposite jurisdictioni Co-
munis Corvii aliquod genus terreni maxime prope
confinia terre Corvii per medium miliare: et si secus
fierat non valeat ipso jure sub pena centum floreno-
rum applicandorum Communi Corvii: et pro pena sit

obligatum Comuni predicto terrenum hujusmodi vendi-
tum: et nihilominus vendens vel alienans teneatur ad
dativas et ad collectas predicto terreno. Et Notarius
Camere pena XXV librarum denariorum non possit
de catasto illius vendentis vel alienantis dictum ter-
renum levare et cassare, et alteri non subjecto co-
muni predicto ponere.

De poena extrahentis granum de Camera Comunis
Brevii vel Domo Molendinorum sine bulletta
Dominorum Priorum. R.a 106.

Statuimus et ordinamus quod nullus Massarius grani
sive quecumque alia persona cujuscumque conditionis
vel preheminentie existat audeat vel presumat de
Camera grani Comunis Brevii vel de Domo Molendino-
rum dicti Comunis extrahere granum multure
vel granum existens in dicta Camera sine bulletta
Dominorum Priorum manu Cancellarii cum sigil-
lo dicti Comunis, sub pena XXV librarum denariorum
pro qualibet et qualibet vice qua contrafactum fuerit,
et teneatur ad restitutionem grani in duplum. Si-
mili modo et forma tam Molendinarii quam illi
deputati ad portandum granum a Molendino ad
Cameram pro Comuni predicto vel quecumque alia
persona non possint mensurare granum in Mo-
lendino alicui persone nec prioribus nec potestati nec
Camerario sub dicta pena. Et cuilibet liceat denuntiare
et accusare contrafacientes et credatur ejus juramento
cum uno teste idoneo: et talis accusator habeat quar-
tam partem pene: et Officialis faciens executionem, ha-
beat aliam quartam partem: reliquum vero sit Comunis

Ervii, et denuntiator teneatur secretus.

De poena facientis madium. N.o 107.

Statuimus et ordinamus ad tollendum omnem materiam scandali, quod solet evenire in faciendo et extollendo madium tam in Kalendis maii, quam in alio tempore, quod nulla universitas cujuscumque conditionis existat audeat vel presumat in aliquo loco in terra vel comitatu Ervii facere et extollere vel ponere sive erigere quod vulgo dicimus el Magio vel parvum aut magnum quodcumque dici possit in loco publico sub pena librarum L ~~librarum~~ denariorum pro qualibet et qualibet vice applicandorum videlicet pro quarta parte accusatori vel denuntiatori secreto cui credatur cum juramento et uno teste ydoneo: pro alia quarta parte Officiali facienti executionem, et pro residuo Comuni Ervii. Et intelligatur universitatem in dictam poenam incidisse tunc et quando tres vel plures de quacumque universitate ponerent madium vel extollerent in aliquo loco publico: et quod nullus forensis possit in alieno incidere madium, nec alio portare sub poena librarum XXV denariorum applicandorum ut supra.

De poena Capitaneorum non assignantium possessiones Forensium non solventium dativas. N.o 108.

Statuimus et ordinamus quod Capitanei contratarum teneantur assignare possessiones Forensium Sindico deputando ad recolligendum fructus possessionum Forensium pro dativis non solutis in Comuni de eorum possessionibus vel pro alia quacumque causa ex qua ipse Forensis esset obligatus Comuni aliquid dare ad hoc ut Sindicus predictus possit et

debeat fieri facere executionem per Potestatem et ejus curiam contradictos Forenses. Qui Capitanei teneantur tempore fructuum messium et vendemmiarum allegare dicto Sindico infra octo dies antequam dicti fructus de dicta possessione exportentur. Et potestas et ejus curia debeat facere executionem ad requisitionem dicti Sindici sive exactoris deputandi ad exigendum dictos fructus contradictos forenses et eorum laboratores poena dicto Potestati et suae curiae librarum L denariorum et poena dictis Capitaneis et Sindico negligentibus praedicta observare librarum XX denariorum pro qualibet et qualibet vice et quilibet requisitus a Potestate vel ejus curia debeat praestare auxilium et favorem Potestati, et suae curiae ad faciendum dictam executionem contra Forenses si resistentes fuerint contradictum potestatem:

De non solvente Dativam vel aliud debitum Comunis Trevii. R.o 109.

Statuimus et ordinamus quod ille qui tenetur solvere Dativam vel focularem in Comuni Trevii vel condemnationem sive aliud debitum civile non audiatur in civili vel in criminali sive mista causa donec non solverit.

Quod Cancellarius non possit eligi vel refirmari nisi per sex menses. et debeat habere florenos sex si retinet Notarium alias quinque, et quando non fiunt custodiae debeat habere pro cera et attramento florenum unum et teneatur ostendere scripturas sine pretio cuilibet petenti. et non possit retinere Officialem illum qui stetit sex praeteritis mensibus. et teneatur ste-

dicti dominis Prioribus: et solutio salarii Can-
cellarii debeat apparere manu Notarii Ca-
merae et non manu Cancellarii. R.o 110.
Statuimus et ordinamus addiscientes Statuto de electio-
ne Cancellarii, quod Cancellarius Communis Trevii
habeat et habere debeat pro suo, et sui Officialis Sa-
lario sex florenos pro singulo mense et non ultra ad
rationem quatraginta Bologninorum pro singulo flore-
no: et de ipso officio non possit fieri electio nec re-
firma alicui dari nisi pro sex mensibus tantum, id est de
sex mensibus in sex menses et non ultra. Et si fieret ipso ju-
re non valeat nec teneat: et cuilibet arenganti aut
scribenti secus sit pena XX ducatorum auri Camerae
Apostolicae applicandorum, et habeat. . . . . carta et
attramento et oleo quando fiunt custodiae florenum unum
cum dimidio ultra praedictum salarium. si vero custodiae
ordinarie non faciant habeat solum unum florenum.
Et Cancellarius teneatur et debeat finita ratione cuili-
bet Camerarii nec contiguare nominatio. tamen cuilibet
pro tempore existenti libros . . . .
dicti Camerarii in autentica forma sub pena XXV librarum
denariorum quilibet semper remaneat in Camera dicti Commu-
nis. Teneatur etiam duobus Cancellariis et ejus Officialis osten-
dere et monstrare et toties quoties opus fuerit cuilibet de
Trevio et ejus districtu omnes scripturas et reformationes fa-
ctas et faciendas in Communi Trevii sine aliquo pretio et
mercede sub eadem poena. Item ipse Cancellarius tenea-
tur in omnibus ejus refirma mutare notarium et Officia-
lium suum qui distans sit a terra Trevii ad minus per X
miliaria. Item dictus Cancellarius non valeat recipere aliqua

pecunie quam tertium Camerario Communis tam occasione sui salarii, quam alterius cause sine presentia et licentia Magnificorum Dominorum Priorum, et de dicta soluta apparere in libros Camerarii solventis manus notarii Camere quos si appareret manu Cancellarii presumatur fraus et incidat in penam Cancellarius ipso facto X librarum denariorum pro qualibet vice et qualibet partita. Item ipse Cancellarius et quilibet Officialis in omnibus et per omnia teneantur et debeant parere et obedire mandatis Magnificorum dominorum priorum dicte terre Trevii quantum ad custodiam. In Z aliis vero et singulis lapsibus debeat parere prout in statutis et reformationibus dicte terre disponitur et prout arbitrarium dominorum priorum prefatorum disponit et permictit non obstante aliqua consuetudine inducta et inducenda contra predicta vel aliquod predictorum, sed semper dictus Cancellarius debeat singula predicta observare et tempore quo Notarium non retineret non habeat Cancellarius nisi florenos quanto quod pro singulo mense pro suo salario.

Quod Camerarius non solvat aliquid nisi de licentia Magnificorum dominorum Priorum. R.° III.

Statuimus et ordinamus adjicientes statuto loquenti de officio Camerarii quod dictus Camerarius non possit neque valeat aliquid solvere de pecunia Communis alicui pertinens ordinarie vel extraordinarie sine expressa licentia et voluntate dominorum Priorum terre Trevii, et si solverit de suo proprio solvisse intelligatur et incidat in penam duplam illius quod solverit. Et nihilominus Cancellarius si ~~scripserit~~ scripserit in libro Camerariatus

incidat in eandem poenam in quam incidit Camerarius et ratiocinatores Cancellarii contravenientes admictere nec admictant sub eadem poena Comuni Trevii applicanda.

De poena reponentis arma alicui in Apotecis diebus festivis N.° 1.°

De poena arma portantium N.° 2.°

Decretum domini Episcopi Spoletani contra Clericos laicales nolentes subire onera, et portantes arma N.° 3.

De poena ludentium ad ludum tasillorum cartarum vel ad mensuram, et de poena dantium eis receptum N.° 4.

De poena ludentis infra Sancta Sancti Iohannis, et per terram ~~[illegible]~~ Trevii cum catso vel cutturello. N.° 5.

De poena euntis post tertium sonum campane N.° 6

De turri Comunis aptanda N.° 7.

De apotecis Comunis locandis. N.° 8.

De mensuris et ponderibus Comunis Trevii N.° 9.

De ponderatione Clavenorum N.° 10.

De poena non mensurantis cum passo sigillo Comunis sigillato N.° 11.

De poena non mensurantis cum mensuris sigillo Comunis sigillatis N.° 12.

De poena Tabernariorum vinum vendentium cum mensuris non sigillatis N.° 13.

Quod vinum non vendatur nisi serventur infrascripte conditiones. N.° 14.

De poena vendentis vinum diebus veneris Martii ad Sanctam Mariam de pede Trevii. N.° 15

De poena facientis tabernam in molendino N.° 16.

De poena Macellariorum carnes vendentium N.° 17.

De aspectatione carnium N.° 18.

De poena Pizzicajolorum

non habentium pondera et mensuras justas N.o 19.
De poena Fornariorum panem non bene coquentium N.o 20.
De poena textricium non texentium pannum certo pretio. N.o 21.
De poena Mactonariorum non jurantium et non facientium mactones certo pretio N.o 22.
De poena mensuratorum lapidum N.o 23.
De poena mensurantium diebus festivis N.o 24.
De poena victoralium non habentium barila sigillata N.o 25.
De poena Cestajolorum non portantium cestas ad terram Gravii. N.o 26.
De poena habentis foveas juxta muros Comunis. N.o 27.
De poena ingomborantium vias. N.o 28.
De foveis et letamine non tenendis in certis viis. N.o 29.
De poena proicientium letamen in foveis. N.o 30.
De poena proicientis et e contecantis bestiam mortuam N.o 31.
De poena mensurantis terras et domos nisi prius recepto sacramento N.o 32
De poena euntis cum corpore mortuo extra terram Gravii N.o 33.
De poena extrahentis aliquid de capite mortui N.o 34.
De poena non euntis ad habentia Comunis Gravii N.o 35.
De poena euntis ad guaitam de nocte N.o 36.
De poena Molendinariorum non dantium vicem N.o 37.
Quod Molendinarii de mense Julii, Augusti, et Septembris non possint macinare alicui nisi unam salmam grani pro qualibet septimana N.o 38.
De poena Molendinariorum non permanentium continue in molendino sine substituto, et de emendatione grani N.o 39.
De impedimento elevando de viis. N.o 40.

De non proiiciendo impedimentum in viis. R.o 41.
De poena ingomborantium viam aliam apparicti R.o 42.
De Pizzicajolis vendentibus in platea R.o 43.
De modo vendendi animalia R.o 44.
Quod fiat forum bestiarum et aliarum rerum et que res possint extrahi de foro. R.o 45.
De modo vendendi calcinam R.o 46.
De muro Communis fracto reparando R.o 47.
De aqueductu aperiendo R.o 48.
De via aqueductus Communis R.o 49.
Quod XV dies de mense maii et XV de mense augusti sint feriati. R.o 50.
De festivitatibus custodiendis R.o 51.
De poena retinentis ultra duos porcos. R.o 52.
Infra quot confines capre balis custarum possint rate usi. R.o 53.
De immunditiis non faciendis in platea nec in stratis publicis. R.o 54.
De poena retinentium latrinas et alia reddentia fetorem circa plateam et alia loca terre Trevii. R.o 55.
De poena retinentis vegetes trabes vel alia impedimenta subtus voltas Palatii Priorum et in platea Communis R.o 56.
Quod vie in terra Trevii et pladicie mundentur. R.o 57.
Quod vie aptentur per dominos et habitatores domorum R.o 58
Quod vie extra terram Trevii aptentur per dominos et colonos possessionum R.o 59.
De modo cavandi flumen et eorum manutentione R.o 60.
Quod via nova aptetur per commune Trevii. R.o 61.
De manutentione pontium R.o 62.
Quod vie et fovee aptentur a strata infra versus flumen. R.o 63.
Quod laboratores terrarum cum viciniis teneantur

facere foveas inter possessiones. R.o 64.
De arboribus prestantibus impedimentum domui vel possessionibus R.o 65.
De poena facientis turpitudinem in fontibus vel in stagnis R.o 66.
De poena extrahentis sladum R.o 67.
De poena retinentis capras R.o 68.
De poena retinentis porcos et damnum dantis cum ipsis. R.o 69.
De poena retinentis porcum in terra Castri R.o 70.
De poena proiicientis ingombramentum prope muros Communis R.o 71.
Quod ordinetur Massarius custoditurus pignora et quod Officialis vel bajulus infra secundam diem consignet pignora. R.o 72.
Quod salma vini vel musti intelligatur de portaraccio R.o 73.
Quod mensura terrarum intelligatur ad mensuram Sancti Miliani R.o 74.
De poenis mittentis canapum vel linum in aquis Communis R.o 75.
De poena proiicientis rerum prope muros Communis per decem pedes. R.o 76
De poena molendinariorum olivarum non retinentium concios et stangam. R.o 77.
Quod moneta falsa possit frangi impune R.o 78.
Quod laborator terrarum forensium pro ~~dominis~~ dictis forensibus solvat dativam R.o 79.
De poena pedum pertice sive canne et manus R.o 80.
De poena extrahentis granum vel grassiam R.o 81.
De amplitudine viarum et stratarum et earum latitudine R.o 82.
Quod nulla persona possit gravari nisi fuerit per bajulum citatus vel per Officialem monitus primo R.o 83.

Quod debentibus recipere a Comm[unitate]
in non currat quartam N.o 84.
Quod omnes de Eravio possint eme-
re domus in Castris territorii
Eravii N.o 85.
De poena Tabernarii non
claudentis hostium Taberne
de nocte et receptantis lu-
dum N.o 86.
De poena receptantis tre-
bannum de nocte in Taber-
na vel hospitio N.o 87
De poena concedentis provin-
tus Communis vel apotecas
debitoribus Communis N.o 88.
Quod qui conduxerit pro-
ventus vel apotecas Communis
debeat fideiubere. N.o 89
Quod omnes Forenses possint
libere emere et vendere in
die fori N.o 90.
Contrafrangentes et occupan-
tes rippas Fluminis: et quod
Priores non possint licentiam
concedere N.o 91.
De poena non projicientis lu-
tum in rippas Fluminum
quando quis foveat partem lu-
ani N.o 92.
Quod habentes terrenum
iuxta marrogiam tenea[n]tur
facere foveam quatuor pedum
N.o 93.
Quod nulli liceat siccare flu-
men sine licentia Dominorum
Priorum N.o 94.
Quod Officiales mictant co-
piam ad Cameram de omni-
bus inventionibus accusis et
denuntiis N.o 95.
Quod nullus de Curia Potesta-
tis possit esse accusator vel
denuntiator secretus N.o 96
Quod nomen accusatoris secre-
ti debeat manifestari Came-
rario Communis. N.o 97.
Quod pars tangens Officia-
li debeat solvi a Camerario
et non ab accusato N.o 98
De poena Becharii retinen-
tis castratos ultra numerum
sibi concessum N.o 99.
De poena euntis ad macinan-
dum extra Territorium
Eravii N.o 100.
Quod idem jus servetur in
civis in extractione grani
recollecto in territorio Eravii
quod servatur Erebanis in eo-
rum loco N.o 101.

Quod Priores possint dare licentiam vendendi vinum ad minutum R.o 102.
De poena priorum fraudantium Communem, et de poena non observantis Statuta R.o 103.
Quod Sindicus Communis possit facere pacem pro Forense offenso absente cum consensu priorum R.o 104.
De poena Cancellarii pontennarii inscriptae, et bajulorum non parentium prioribus R.o 105.
Quod Officiales habeant quartam partem penarum in extraordinariis R.o 106.
Quod fiat inventarium in Turri Statutis Sancti Joannis Fabri in Palatio et in artigliaria R.o 107.
Quod indultum super electione collateralis Potestatis valeat et non possit tolli R.o 108.
De modo et forma vendendi legumina et erapia R.o 109.
Quod Officiales habeat quartam partem extraordinariorum R.o 110.

De poena vendentis vinum forensibus cum barilibus non sigillatis R.o 111.
Quod emptores gabellae sigillorum debeant adjustare barilia R.o 112.
De poena Urbanorum recedentium ab officiis et intrantium in Treviam ultra numerum expeditum R.o 113.
De poena facientium turpitudinem in Statutis, et de poena Potestatis non facientis executionem R.o 114.
Statuta super Duana et gabella vel pedagio Communis Trevii R.o 115.
De poena extrahentis ciciam R.o 116.
Ordinamenta ponderum et Stateriae Communis R.o 117.
Quod Forenses teneantur solvere Duanam de fructibus extrahendis. R.o 118.
De Duana Sarchii R.o 119.
De poena fraudantis Duanam R.o 120.
De poena fraudantis pedagium R.o 121.

Capitula pedagii N.o 122.
Aliud Statutum contra fraudantem pedagium N.o 123.
Aliud Statutum super eodem Negotio N.o 124.
Tabula Pedagii N.o 125
Capitula Pedagii N.o 126.

Liber quartus de extraordinariis

De poena reponentis arma alicui in apotecis diebus festivis. N.a prima.

Statuimus et ordinamus quod nullus qui habitaverit circa plateam Communis Trevii aut prope ipsam plateam de die dominico de die jovis in festo Sancti Benturae in festo Nativitatis domini et Resurrectionis in festo Sancti Miliani vel in aliis festivitatibus quae communiter custodiuntur audeat receptare vel reponere alicui aliquod genus armorum poena X librarum denariorum et Potestas qui pro tempore fuerit teneatur praedictam facere observari sub poena praedicta.

De poena arma portantium N.o 2.o

Statuimus et ordinamus quod nulla persona Trevigena vel Forensis audeat vel praesumat deferre seu portare per terram Trevii sive plaziam dictae terrae aliquod genus armorum offendibilium vel defendibilium exceptato coiecto Panzeria et Gorzeria. contrafaciens quilibet puniatur pro quolibet et qualibet vice in poena infrascripta, videlicet pro cultello feritorio in tribus libris denariorum; pro spata seu stocho in tantumdem, pro quatrilecto acuto et malitosso in X libris denariorum, et pro quolibet alio genere armorum offendibilium in quadraginta solidorum denariorum

et qualibet vice: et pro qualibet genere seu specie armorum
defendibilium in XX solidorum denariorum puniatur, exce
tabulaccio pro quo quilibet et qualibet vice puniatur in XV so
lidorum denariorum exceptis prioribus et XVIII terre Er
quibus durante eorum officio et per quatuor annos postea
custodibus dicte terre liceat impune arma portare. Que p
ne omnes et singule in festo Sancti Miliani et die pre
cedenti et sequenti quibuslibet delinquentibus duplicen
tur etiam portantibus dicta arma vel aliquod predictorum
de nocte: que pene exigantur et exigi debeant et p
sint per Potestatem qui pro tempore fuerit, et ejus
Officialem, et ad manus Camerarii dicti Comunis qui pro
tempore fuerit facere devenire de facto sine strepitu
et figura [illegible] judicii: liceat tamen quibuslibet i
eundo et redeundo extra terram Eravii arma portare p
terram Eravii recta via ad domum suam propriam v
conductam seu hospitium vel domum aliam in q
velit, arma reponere dummodo dicta arma ligata de
rat et palam. Que etiam pene omnes et singule exigantur
de facto sine aliqua diminutione statuto aliquo in con
trarium loquente non obstante: et quod Potestas faciat
scrutari et inquiri per Officiales et famulos suos q
libet die, et stetur et credatur relationi famuli cum
juramento per dictum famulum si dubitaretur p
stando ad postulationem illius quem dixit deferre
arma; et quod omnibus et singulis quibus conceder
tur licentia portandi arma per Potestatem et con
cilium Comunis Eravii pro bono statu et custodia Co
munis portare liceat impune cum apodixa, que
eis dabitur per Potestatem vel ejus Officiales quo

a predictam secum portare continue teneantur. Et dictum Capitulum bandiatur ad hoc ut homines nullam praetendere possint ignorantiam. Et Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit observet et observari faciat omnia et singula contenta in dicto Capitulo ad poenam XXV librarum denariorum parvorum Camerae applicandorum. Insuper declarantes ad tollendam extremitatem Officialium circa inventiones portantium arma, quod de cetero cultellum acutum sive rotunditate in puncta sive juxta punctam dicimus malitiosum. Si vero esset longior palmo unius tertii brachii panni lanae: in quibus casibus teneatur inventus ad poenam Statuti. Si vero esset acutus et malitiosus sive apparentia rotunditatis in puncta vel juxta punctam cultelli minor palmo dicti tertii brachii panni praedicti non teneatur ad poenam sed liceat Officiali illum expuntare. Si vero non esset longior dicto palmo tertii brachii panni et esset ~~...~~ puncta in puncta, sive juxta punctam rotundas seu cum aliqua apparenti rotunditate et affettapanis et non malitiosus ut supra possit unusquisque portare impune. Si vero esset longior aliquantulum uno palmo praedicto dictus cultellus cum dicta rotunditate et non malitiosus liceat Officiali expuntare illud plus, et ille inventus portare non teneatur ad poenam. Et hoc Statutum servetur in ceteris partibus et capitulis ipsius. et illi tantum privilegiati excipiantur a portatione armorum nominati supra in quibus non includuntur Castellani

Sancte Joannis Fabri et turris Matidiae, quibus prohibi-
tum sit arma portare intus terram Trevii tantum.

Decretum domini Episcopi Spoletani con-
tra Clericos Laycales nolentes subire one-
ra et portantes arma R.o 3.o

Statuimus et ordinamus quod infrascripta Capitula et Decreta Domini Episcopi Spoletani observentur inviolabiliter in qualibet eorum parte: quorum capitulorum et Decretorum tenor talis est videlicet. Constantinus Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Spoletanus: fidedigna relatione percepimus: quod non nulli incolae et habitatores terrae Trevii suique comitatus et districtus Spoletanae Dioecesis clericali munere sive caractere insigniti tam conjugati, quam soluti laycaliter viventes artem et negotia secularia publice exercentes, vel quorum plurimi in bussolis sive libris communitatis ipsius terrae descripti existant: et ad honores et commoda et officia ejusdem terrae sicut ceteri layci suo tempore eliguntur, et illis utuntur et gaudent: tamen dum ad solutionem collectarum et impositionum aliqua onera ipsius Communitatis subeunda requiruntur volentes privilegio clericali se tueri collectas et impositiones praedictas dictaque onera subire tenere contradicunt et recusant in ipsius communitatis praejudicium et jacturam ac scandalum plurimorum: pro inde nos ipsius terrae quietem ac commoda maxime cupientes justitiamque equitatem honestatem insequentes domino Potestati dictae terrae pro tempore existenti committimus et licentiam im-

partimur hujusmodi Clericos laycaliter viventes, et in sacro ordine non existentes compellendi ad solutiones prædictas, et alia præfata onera juris remediis opportunis. Et pariter eidem domino Potestati quatenus si opus est licentiam impartimur, ut in causis civilibus Clericorum conjugatorum possit et valeat libere procedere et justitiam ministrare ejusque sententias in eorum bonis mobilibus et immobilibus exequi prout de jure: personali carceratione excepta. Insuper quia similiter accipimus dictos Clericos laycaliter viventes ac alios in sacro ordine constitutos clericali honestate contempta intra et prædictam terram Erevii arma publice deferre: rixasque et contentiones et alia forefacta et delicta committere. Eidem domino Potestati committimus et facultatem concedimus tollendi et auferendi dicta arma et de illis disponendi prout in statutis dictæ terræ continetur. Dictosque publice portantes et quovismodo delinquentes capiendi et detinendi: donec vocato domino Priore Ecclesiæ Sancti Emiliani ejusdem terræ solverint pœnas propterea incursas vel de solvendo ydonee caverint: quæ pœna pro duabus partibus applicanda sit operæ dictæ Ecclesiæ et pro alia tertia parte Officiali exequenti. Ac etiam similiter illos detinendi donec ipsi non offendendo cautionem ydoneam dederint aut præstiterint sicut fieri consuevit et justum fuerit opportunum: Et prædictis omnibus et singulis ad nostrum beneplacitum duraturis; et ad fidem præmissorum nostri sigilli impressione muniri fecimus.

Datum Crevie die XVII Augusti MCCCCLXXXVIIII Joachinus de Spoleto. Geronimo obmisso sigillo Episcopali.

De poena ludentium ad ludum taxillorum cartarum vel ad murram; et de poena dantis eis receptum R.o 4.o

Statuimus et ordinamus quod nullus audeat vel presumat ludere ad ludum azardi ad fabas lumachectas, vel ad alium ludum similem in terra Crevie vel ejus districtu sub poena et ad poenam librarum quinque denariorum Communi Crevie applicandorum pro qualibet ludente et qualibet vice: et in libris denariorum tribus qui steterit ad videndum: et nulla persona audeat vel presumat in domo propria vel conducta receptare aliquem ad ludendum nec retinere ad aliquem ludum supra-scriptum de nocte poena librarum XV denariorum dicto Communi applicandorum pro qualibet ludente et de die librarum X denariorum, et quilibet possit accusare et credatur ei cum uno teste fidedigno, vel saltim cum tribus de publica voce et fama, et habeat quartam partem poenae et dictae condemnationis a camerario Communis, et nomen ejus teneatur secretum per dictum camerarium et Potestatem poena librarum XXV denariorum Communi Crevie applicandorum. Et si constiterit quod aliquis major XXV annis luderet cum aliquo minore de die vel de nocte in aliqua domo sive gructa vel in alio loco secreto inter ipsos et minor perderet: postquam venerit ad notitiam Officialis, quod ille major constringatur de facto per dominum Potestatem, sive ejus Judicem

ad dandum et restituendum omnem id et totum quod
vicisset dicto minori poena Potestati librarum X de-
nariorum applicandorum si cum effectu predicta
executioni non mitteret: Et Potestas et Judex sive
ejus Officiales supradictam poenam de facto devenire
faciant in Commune Trevii per apodissam ad ma-
nus Camerarii sine aliquo processu faciendo contra
dictos lusores: et admittantur eis beneficia confes-
sionis et solutionis ante terminum distribuendam in
apodissa per ipsos solvendum et dandum dictis luso-
ribus per dictum Potestatem sive Judicem vel Officiales
ejusdem: ad tabulas autem et scacchos quilibet lu-
dere possit sine poena aliqua

Adjicientes quod quicumque luserit ad aliquem ludum et
maxime ad murram in Ecclesiis terrae Trevii vel ejus
comitatu et in earum Cimiteriis incidat in poenam X li-
brarum denariorum, et cuilibet liceat accusare et denuntia-
re, et credatur suo juramento cum dicto unius testis, et te-
neatur secretus, et habeat quartam partem poenae, aliam
quartam partem habeat Officialis faciens executionem re-
siduum Communis Trevii: et hoc ultra poenam in Statutis
contentam. Insuper addendo praedictis reformamus, quod
nullus audeat vel praesumat in terra Trevii vel ejus comi-
tatu et districtu palam vel occulto ludere ad aliquod ge-
nus ludi cartarum vel taxillorum: et si quis contrafecerit
incidat ipso facto sine aliqua diminutione, in poenam X
librarum denariorum pro quolibet et qualibet vice qua
contrafecerit: et si quis scienter receptum dederit in domo
apotheca capanna vel alio loco dictis sic ludentibus incidat
in poenam XXV librarum denariorum ipso facto: et cuilibet

licéat accusare et denuntiare dictos ludentes et receptum dantes et credatur ejus juramento cum uno teste, et habeat quartam partem poenae, et nomen ejus teneatur secretum, alia quarta sit officialis facientis executionem. de quibus poenis nulla possit fieri gratia. Item reformamus quod nullus audeat retinere cartas nec taxillos cum quibus luditur ad vendendum aliquo quæsito colore sub poena X librarum denariorum pro qualibet et qualibet vice. Et liceat Officiali et cuilibet alteri persona cartas et taxillos hujusmodi auferre incontinenti frangere et lacerare sub dicta poena, si auferret, et non frangeret vel laceraret.

De poena ludentis intra sanna Sancti Joannis et per terram Grevii cum caseo vel cuturello. Ru. 5.

Statuimus et ordinamus quod nullus audeat ludere ad pilam intra sannam Sancti Joannis nec per terram Grevii ludere cum caseo sive ad cuturellum vel cum aliquo instrumento lapideo vel ligneo sub poena et ad poenam quinque librarum denariorum pro qualibet et qualibet vice qua quis contrafecerit.

De poena euntis post tertium sonum campanæ. Ru. 6.

Statuimus et ordinamus quod nullus audeat vel præsumat ire per castrum sive pladium Grevii post tertium sonum campanæ, quæ pulsatur de sero usque ad sonum campanæ quæ pulsatur de mane poena X solidorum denariorum, possit tamen quilibet ire cum lumine in manu sine poena sive igne evidenti, sine poena et banno: et stare possit prope suam domum propriam vel conductam, in qua habitaret sine

tres domus proximiores ipsius domus sive lumine

veliquere sine poena et banno. Et Potestas vel sui Offi-

ciales predicta faciant observare vinculo juramenti

et poena X librarum denariorum de suo salario Commu-

ni Trevii applicandorum.

De Turri Comunis aptanda R.° 7.°

Statuimus et ordinamus ad hoc ut campane Communis

que sunt in turri Communis Trevii manu teneantur et

conserventur, quod dicta turris cooperiatur et actetur

ita et taliter quod dicte campane sint et permaneant

illese expensis Communis predicti prout et sicut me-

lius videbitur dominis prioribus dicte terre Trevii cum

Magistris, quos conducere voluerint vel videbitur con-

venire: et quod Potestas et Priores qui pro tempore

erunt teneantur facere fieri dictum opus et coope-

ritionem, poena librarum XXV denariorum pro quo-

libet ipsorum de suo salario Communi Trevii applican-

dorum. Et Camerarius qui pro tempore fuerit pos-

sit expensas facere pro dicto opere faciendo sine

aliqua alia deliberatione: et habeantur pro legitimis

expensis.

De Apotecis Comunis locandis R.° 8.°

Statuimus et ordinamus quod Potestas qui pro tempore

fuerit teneatur et debeat omnes claves omnium Apo-

tecarum in domo palatii ~~[illegible]~~ populi existentium juxta

plateam, et juxta stratam a parte inferiori ipsi-

us palatii reaccipere, et apud se devenire facere:

et ipsis rehabitis bannire faciat tam in platea

Communis Trevii, quam in Consilio generali dicti Co-

munis, quod quicumque vult ipsas apotecas sive

domos vel aliquam ipsarum ad pensionem pro uno an-
no proxime venturo veniat coram ipso Domino Potestate, et
promictat pensionem, quam plus offerenti dabitur cum pon-
cilii Communis Trevii autoritate. Quae apotecae et domus den-
tur ad pensionem plus offerenti per sindicum Communis Tre-
vii ad hoc specialiter electum in concilio generali: in
quo concilio sint et esse debeant ad minus L X Consiliarii
electi et jurati, et si aliter fieret non valeat ipso jure.
Dummodo quod dicta locatio non possit dari alicui ex
nobilibus dictae terrae vel alteri pro eis. Et aliquis con-
ductor dictarum apotecarum sive domorum vel alicu-
jus ipsarum ipsam apotecam sive domum retineret
post annum dictae locationis teneatur et debeat sol-
vere Camerario dicti Communis pro ipso Communi re-
cipienti illam quantitatem pensionis quam solvit
vel solvere promisit anno tunc proxime prete-
rito: et quod nullus conductor dictarum apotecarum
a parte superiori versus plateam possit retinere
in ipsis apotecis aliquem porcum sive bestiam vel bru-
cturam ibi facere et projicere in plateam Communis poe-
na centum solidorum denariorum pro quolibet co-
muni Trevii applicandorum, et quilibet possit
accusare, et habeat tertiam partem banni, et te-
neatur in credentia.

De marco et ponderibus Comunis Trevii

R.a 9.a

Statuimus et ordinamus quod Camerarius Communis Trevii
qui nunc est et pro tempore fuerit, teneatur et de-
beat vinculo juramenti, et poena X librarum de-
nariorum de suo salario Communi Trevii applicandorum

deo pecunia et aere dicti Communis emere unum marcum pon-
deris X librarum ad minus ad justum pondus lucentem et
ipsum in apario Camerae dicti Communis assignare, quem
in dicta Camera debeat retinere cum quo marco de-
beant Riagumari et adjustari omnia et singula pon-
dera, cum quibus ponderatur in dicta terra Trevii.
Et quod omnes et singuli Mercatores Pizzicajoli, Ma-
cellarii et quelibet alia persona de Trevio vel ejus districtu
teneantur et debeant in eorum apothecis et macel-
lo, et aliis locis, ubi eorum artem exercent habere et
tenere pondera primo adjustata cum dicto marco: et
nulla alia pondera sive vel cum aliud pondus aptum
sive apta ad ponderandum in dictis domibus apotecis
macello et aliis locis vel aliquo eorumdem debeant re-
tinere nisi adjustata cum marco predicto prede-
cti nec aliquis ipsorum exercentes artem sive artes
predictas ad poenam centum solidorum denariorum
pro quolibet et qualibet vice: nec vendere vel eme-
re cum aliquo pondere nisi cum pondere adjustato
ad poenam predictam pro quolibet et qualibet vice
qua contrafecerint in predictis vel aliquo predictorum
ipsis vel aliquis ipsorum. Quam adjustationem
dicti tales emientes et vendentes debeant adjusta-
ri facere anno quolibet infra XV dies a die introi-
tus dicti anni ad marcum predictum dicti Communis. Et
Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit tenea-
tur et debeat quolibet mense bis ad minus de
predictis inquirere et mittere de suis Notariis unum
pro predictis, et repertos culpabiles punire in dictis
poenis; quas solvi faciat de facto sive aliqua alia

condemnatione vel sententia, et ad manus Camerarii dicti Communis per ipsos dictam facere devenire teneantur, et Potestas teneatur omnia et singula supradicta observare et observari facere ad poenam XXV librarum denariorum dicto Communi applicandorum.

De ponderatione Florenorum R.a 10.

Statuimus et ordinamus quod per Camerarium Communis Trevii ematur et emi debeat expensis dicti Communis unum pesonem cum bilancis aptum ad ponderandum florenos causa ponderandi florenos adjustatum cum pesone Communis Fulginei. Quod peson retineatur per Massarium Communis Trevii in camera dicti Communis, et per ipsum Massarium debeat retineri et servari. et quilibet de Trevio et ejus districtu habens seu habentes pesonem seu pesones debeant ipsos adjustasse cum dicto pesone Communis Trevii poena X librarum denariorum pro qualibet, qui repertus fuerit habere pesonem non adjustatum cum dicto pesone dicti Communis. Et predictum pesonem emat et emere teneatur dictus Camerarius sub poena XXV librarum denariorum Communi Trevii applicandorum. et Potestas teneatur inquirere et inquiri facere de predictis qualibet septimana, et repertos culpabiles de predictis in dictam poenam Communi Trevii debeat condemnare: quod si non fecerit in XXV libris denariorum Communi Trevii debeat condemnari per sindicum qui erit ad sindicandum eumdem.

De poena non mensurantis cum passo sigillo

Comunis sigillato R.o 11.

Statuimus et ordinamus, quod omnes vendentes pannus de lana in Trevio et ejus districtu, teneantur et debeant habere passum de ferro ad passum Civitatis Spoleti sigillatum ad sigillum Comunis Trevii, et vendentes pannum de lino, sive pannum de canapa in Trevio et ejus districtu debeant habere brachium Comunis solitum sigillatum sigillo Comunis Trevii et qui contrafecerit puniatur in centum solidorum denariorum pro qualibet vice quo inventus fuerit. et Potestas debeat qualibet mense inquirere et banniri facere primo mense sui regiminis sub poena XXV librarum denariorum Comuni Trevii applicandorum.

De poena non mensurantis cum mensuris sigillo Comunis sigillatis R.o 12.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat vendere vel vendi facere sive emere, vel emi facere in Trevio vel ejus districtu nisi cum cuppa mezzenga quarto vel quavis alia mensura sigillata sigillo Comunis Trevii poena centum solidorum denariorum pro qualibet vice et qualibet mensura de facto per Potestatem auferendorum. Et cuilibet liceat contra-facientem accusare, et habeat tertiam partem banni. et quod Camerarius dicti Comunis qui pro tempore fuerit teneatur habere unam cuppam justam sigillatam sigillo Comunis Trevii, cum qua debeat sciagumare omnes alias cuppas et mensuras ad mensurandum poena X librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum.

De poena tabernariorum vinum vendentium cum mensuris non sigillatis. N.o 13.

Statuimus et ordinamus quod tabernarii et vinum vendere volentes in Trevio et ejus districtu teneantur et debeant habere et retinere continuo omnia et singula vasa sigillata sigillo Communis Trevii, videlicet petictam medium tertium foglictam et vasa plumbata: et cum ipsis, et non cum aliis vasibus mensurare: quae vasa debeant esse integra et sine aliqua fractura, ex qua capacitas dictorum vasorum vel alicui ipsorum non impediatur in praedictorum vasorum vel alicujus ipsorum. Et quod nullus Tabernarius vel vinum vendens in Trevio vel ejus districtu audeat vel praesumat perto vel alium dare vel dari facere unum vinum pro alio, et cum ipso vino aquam miscere, et teneatur et debeat dictus vendens dare et implere omnia et singula vasa sigillata plena. Et quod nullus praedictorum possit vendere vinum ad minutum, absque licentia Statarii damnorum datorum dictae terrae qui licentiam dare teneatur cuilibet petenti, ad poenam centum solidorum denariorum de suo salario Communi Trevii applicandorum, secundum modum et formam in statutis loquentibus de dictis tabernariis contentam, et qui contrafecerit in praedictis vel aliquo praedictorum solvere teneatur Camerario dicti Communis, pro ipso Communi recipienti nomine poenae XL solidorum denariorum pro qualibet vice qua contrafactum fuerit: et Potestas qui erit pro tempore teneatur et debeat sub vinculo juramenti et poena XXV librarum denariorum de suo salario facere de

predictis solemnem inquisitionem semel qualibet ebdomada: qua pena deveniat in Comuni: et hoc Statutum volumus observari, et nullo possit Concilio vel arrenga tolli.

Quod vinum non vendatur nisi serventur infrascripte conditiones. Rub. 14.

Statuimus et ordinamus ad hoc ut vinum quod est inter nos Trevii et ejus districtu non deveniat ad manus paucorum, et nec ultra quam deceat vendatur, vel in ipsius vini venditione modi illiciti teneantur, quod nulla persona cujuscumque conditionis existat, audeat vel presumat emere vel emi facere seu incaptivare aliquam quantitatem vini magnam vel parvam, postquam repositum fuerit in vegete vel carrato causa revendendi ad poenam cuilibet contra-facienti, et pro qualibet vice, et pro qualibet vegete vel carrato L. librarum denariorum. Et quod nullus cujuscumque status existat, audeat vel presumat aliquam quantitatem vini vendere alicui persone, vel aliquo alienationis titulo in aliquem transferre qui vel que presumatur causa revendendi emere vel recipere ad dictam poenam pro qualibet contra-faciente et qualibet vice. Et Potestas qui pro tempore fuerit et ejus Judex teneantur et debeant vinculo juramenti, et pena centum librarum denariorum de predictis inquisitionem facere qualibet mense saper qua examinent ad minus XX testes: et contrafacientes punire penis predictis. Et quod nullus vendat vinum ad minutum pro aliqua persona sine licentia Potestatis et Priorum Antepositorum Trevii, tunc in officio residentium

ad poenam X librarum denariorum pro quolibet et qua-
libet vice. Possit tamen hospitatores morantes in burgo
emere vinum ad vendendum ad minutum unam sal-
mam per vicem sine vitio et non ultra donec il-
lam salmam sic emptam vendiderit, qua vendita
possint aliam emere. Nec possint dicti hospitatores
vel tabernarii ab burgum morantes vendere vinum ad mi-
nutum alicui Trebano ultra quantitatem vel pre-
tium pro quo venditur Trevii, nec forensibus ultra
unum denarium per foglictam plus quam venditur
Trevii, poenae centum solidorum denariorum, pro quo-
libet contrafaciente et qualibet vice.

De poena vendentis vinum diebus veneris Mar-
tii ad Sanctam Mariam de Pede Trevii

R.o 15.

Statuimus et ordinamus quod nulli liceat nec pos-
sit portare nec vendere seu tenere vinum diebus
veneris de mense Martii, nec aliqua die ipsorum
dierum Veneris, ad Ecclesiam Sanctae Mariae de Pede
de Trevii nec alibi in stratis publicis vel vicinalibus
campis vel possessionibus prope ad burgum Trevii
nec in aliis partis dictae Ecclesiae, ad poenam cen-
tum solidorum denariorum Comuni Trevii ap-
plicandorum, et quilibet possit accusare contra-
facientes, et habeat tertiam partem banni, et
credatur sacramento accusatoris, cum uno teste
de visu.

De poena facientis Tabernam in Molendino

R.o 16.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat

vel presumat tabernare vel tabernam facere prope Molendina aque Comunis Trevii per triginta perticas ad justam perticam Comunis predicti. Et Potestas teneatur predicta facere observari poena XXV librarum denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandarum.

De poena Macellariorum carnes vendentium
R.ᵒ 17.

Statuimus et ordinamus quod Potestas Comunis Trevii faciat congregari omnes macellarios de Castro Trevii et ipsos jurare faciat sequi mandata ipsius domini Potestatis et sue curie. Inter quos Macellarios eligantur duo Capitanei de eorum arte. Qui Capitanei debeant inter omnes ipsos macellarios dividere bancas macelli: et ipsi macellarii faciant custodiri macellum ne in ipso, nec in porta ipsius fiat aliqua turpitudo. et si quis contrafecerit in XX solidorum denariorum Comuni Trevii condemnetur. Et si quis Macellarius partem non habens in macello, voluerit macellare et solvere privata possit in dicto macello macellare. Et non possint nec debeant aliquam bestiam morbosam granellosam vel morticinam macellare nec portare vel mittere per se vel alium intus portam carbonarie novae: liceat tamen ipsis macellariis extra dictam portam macellare: et quod nullus aliquam porcam vel pecudem, nec aliquam aliam bestiam morbosam macellare nec vendere in macello Comunis nec unas carnes pro aliis, et contrafacientes pro qualibet vice et pro qualibet bestia, in centum solidis denariorum Comuni Trevii condemnetur et pro

quolibet et de facto accipiantur et Camerario Comu-
nis solvantur, et cuilibet sit licitum denuntiare
et accusare, et habeat tertiam partem banni, et
teneatur in credentia, et nihilominus inde ad unum
annum completum non possit macellare nec ma-
cellum facere in macello Comunis Trevii sub dicta
poena quotiens contrafecerit. Liceat tamen extra
portam novam lacus et portam juxta domum Ma-
liani Moriae in ipsis Macellis macellare et ven-
dere carnes porchectas vel pecudinas vel alias car-
nes montanas. Et quod Macellarii colligere de-
beant sanguinem in aliquo vase, ita quod non ca-
dat in terram nec in bancam dicti macelli, et
ipsum sanguinem in continenti extra castrum Tre-
vii portare. Et in Consilio majoris extimationis
primo jurantibus omnibus consiliariis ad secruti-
nium eligatur unus ex ydoneis suprastantes macel-
lario per dictum Consilium, ordinando qui non
sit de macellariis. Qui suprastantes teneatur et
debeat vinculo juramenti et poena centum so-
lidorum denariorum de facto eidem auferendo-
rum per Potestatem dicte terrae qualibet vice
qua contrafecerit ibidem omnes et singulas bestias
interficiendas et macellandas in macello Comunis
antequam interficiantur videre et cercare si sint
sanae et bone; et ipsis bonis et sanis inventis occi-
permictere, et ipsis mortuis ipsas sigillare et quam-
libet ipsarum in quolibet pede bestiae macellandae
sigillo eidem dando et assignando per Comune Tre-
vii vel consilium supradictum antequam bestiae

vel bestia macellandes seu macellanda dividatur super
pecus et antequam bestie decorientur. Et ad faciendum
omnia et singula supradicta observari idem superstes
juxta causa eidem possit alium loco sui substituere in
predictis et Potestas teneatur inquisitionem facere
bis in mense ad minus videlicet XV diebus singulis tam
contra superstitem predictum, quam contra Macel-
larios in predictis vel infrascriptis aliqualiter delin-
quentes et ipsos vel ipsum in aliquo repertos culpa-
biles penis debitis punire, et maxime sub dicta pe-
na. Et nihilominus per unum ex suis Notariis quoti-
die perquiri facere et rimari contra dictos Macella-
rios et superstitem, et etiam non permittere quod
dicte bestie vendantur vel occidantur per Macellarios
vel aliquem ipsorum nisi primo vise et sigillate fuerint
per dictum Notarium ut est consuetum. Et quod ban-
ce Macelli debeant esse quinque ad minus de quatuor
pedibus una. et quod Macellarii habentes bancas in
dicto Macello vel partem teneantur solvere pro qua-
libet banca Comuni Trevii XL solidorum denariorum
annuatim. Et quod dictum macellum remaneat dicto
Comuni liberum et absolutum. ita quod nullus dicto-
rum Macellariorum in ipso macello jus acquirat. Et
quod dictum macellum fieri et actari debeat post pala-
tium dicti Comunis residentie domini Potestatis dicte
terre in loco solito, et ibi expensis Comunis Trevii fieri
debeat quedam trasanna coperta de cuppis que capiat
medietatem claustri palatii predicti in quo consuevit
macellum fieri et fiat ex parte versus domum olim
Viliani alenecte. Quod opus dominus Potestas terre

Trevii qui nunc est, et Priores dictæ terræ qui tunc erunt
teneantur et debeant vinculo juramenti et poena cen-
tum librarum denariorum dicto Potestati de suo salario
et dictis Prioribus et cuilibet ipsorum XXV librarum
denariorum auferendorum per dictum Dominum Pote-
statem de facto fieri facere cum effectu prædicta te-
neantur. Et Camerarius qui pro tempore fuerit pro
dicto Comuni teneatur et debeat vinculo juramen-
ti et poena L librarum denariorum expensas decen-
tes in dicto et pro dicto opere occurrentes ad requisi-
tionem et mandatum dicti Domini Potestatis, de
quacumque pecunia dicti Comunis, solvere sine
aliqua alia deliberatione Concilii: scilicet solum
habita apodissa a dictis Domino Potestate et Prioribus.
Et si contigerit quod ipsam pecuniam non haberet
penes se de pecunia Comunis: quod teneatur ipsam in
quivere expensis dicti Comunis: et ut ipsam rehabere
possit ex nunc dicta pecunia imponatur et im-
poni debeat in prima collecta imponenda pro sala-
rio Potestatis: quæ omnia dictus Potestas sub dicta
poena faciat adimpleri: Et quod omnes et singu-
li macellarii: et qui soliti sunt macellum facere
cogantur in dicto loco macellare, et macellum face-
re: et alibi macellare seu macellum facere non
possint sub poena XXV librarum denariorum pro
qualibet et vice qualibet eisdem per Dominum
Potestatem dictæ terræ de facto auferendorum:
et quod quilibet macellarius de Trevio et ejus districtu
et quilibet alius macellarius, qui macellum facere
habeat habere debeat et teneatur in banca in qua

macellum facit infrascripta pondera et quodlibet ipso-
rum: videlicet mediam libram de ferro unam libram duas
libras, tres libras et quatuor libras de ferro justas et sigilla-
tas sigillo Comunis Trevii, cumquibus debeat carnes venden-
das ponderare: et quod nullus macellarius possit pondera-
re usque in quatuor libras carnium cum statera, poena
XL. solidorum denariorum pro qualibet et qualibet vice.
ab inde vero supra possit cum statera justa quilibet ma-
cellarius ponderare sine poena. Et si aliquis dictorum ma-
cellariorum ponderaverit vel inventus fuerit habere
in banca macelli pesam vel stateram non justi ponde-
ris vel cum ipsis pesis vel statera ponderare in centum
solidorum denariorum per Potestatem dictae terrae pro quo-
libet et vice qualibet, et qualibet pesa vel statera non
justa Comunis Trevii condemnetur de facto auferendo.
Volumus etiam quod dicti Macellarii vel aliquis ipso-
rum non possint ponderare vel ad pondus vendere ca-
put vel pedes alicujus bestiae illis, qui voluerint emere
vel emerint carnes: et debeant dare, vendere, et ponde-
rare carnes cuilibet petenti, et emere volenti de illo
loco et membro, quod dicto tali ementi et emere volenti
placuerit poena XL. solidorum, et cuilibet sit licitum
accusare et denuntiare, et habeat tertiam partem
banni, et credatur sacramento ipsius, videlicet de
ponderatione capitis vel pedis. In alio vero casu quan-
do recusaverit dare carnes de illo loco et membro
quod peteretur sacramento accusatoris credatur
vel denuntiatoris cum uno teste testificante de ve-
ritate visus et auditus. Et quod dicti Macellarii de-
beant dare et tagliare carnes usque ad fundum

videlicet de schina porci vel lardum ut que in fundum: ac etiam de ventresca petenti et volenti emere: et qui contrafecerit solvat de facto Camerario Comunis Trevii XL. solidorum denariorum. Et quod nullus macellarius vel aliquis ipsorum audeat vel presumat per se vel alium inflare carnes vel inflari facere aliquam bestiam nec implere argnosas alicuius bestie de aliquare, et qui contrafecerit Camerario Comunis Trevii solvat de facto XX solidos denariorum pro qualibet bestia et qualibet vice qua contrafecerit: et quilibet possit accusare ipsos et habeat tertiam partem banni et stetur sacramento accusatoris: et idem modus servetur in macellariis vendentibus carnes extra terram Trevii in districtu eius qui servatur in aliis macellariis de Trevio: et potestas qui pro tempore erit debeat predicta omnia et singula, que in dicto capitulo continentur observari facere sub penis jamdictis, et pena L librarum denariorum de suo salario Comunis Trevii applicandorum. Et si acciderat in futurum, quod aliquis macellarius renuntiaret artem macelli, quod talis renuntians teneatur et debeat promictere Camerario Comunis Trevii pro ipso Comuni recipienti, et dare idoneos fidejussores de non operando in Trevio vel ejus districtu dictam artem macelli inde ad XXV annos, et si contrafecerit talis promictens, condemnetur in centum libris denariorum Comuni Trevii applicandorum per Potestatem dicte terre. Et quod Potestas dicti Comunis qui pro tempore fuerit infra XV dies ~~et~~ ab introitus sui offitii vinculo juramenti et poena librarum XXV denariorum de

suo salario Communi Trevii applicandorum teneatur et
debeat facere generalem inquisitionem contra omnes
et singulos macellarios qui renuntiarent artem ma=
celli facere in Trevio et ejus Districtu Camerario
dicti Communis pro ipso Communi recipienti. Et si inve=
nerit ipsos qui renuntiassent vel aliquem ipsorum
macellasse ~~a~~ tempore dictæ renuntiationis citra et
contra dictam eorum renuntiationem fecisse pu=
nire et condemnare teneatur et debeat secun=
dum formam dicti statuti: et quod de dicta tali
renuntiatione fiat instrumentum per Nota=
rium reformationum dictæ terræ.

De assectatione carnium. R.^o 18.

Statuimus et ordinamus cum sit inconveniens quod
qualibet mense super assectatione carnium fiat
propositio in consilio generali quod Priores et
Antepositi Trevii qui pro tempore fuerint te=
neantur et debeant qualibet septimana mitte=
re ad civitatem Fulginei et Spoletum ad explo=
randum pretia pro quibus in dictis civitatibus car=
nes castratinæ et porcinæ venduntur. et sicut in=
venerint vendi in dictis civitatibus vel aliqua ipsa=
rum in qua minoris venderentur faciant per bec=
carios seu macellarios terræ Trevii dari et vendi de=
tracto denario gabellæ cum in terra Trevii nul=
la gabella solvatur ad poenam X librarum dena=
riorum cuilibet dictorum priorum et antepositorum
torum predictam non observantium. Qui ma=
cellarii de Trevio debeant dictas carnes vendere
et dare pro dicto pretio ad poenam centum

Solidorum denariorum pro qualibet contrafaciente
et qualibet vice.

De poena Pizicajolorum non habentium
pondera et mensuras justas R.o 19.

Statuimus et ordinamus ad hoc, ut ementibus et ven-
dentibus debita justitia mensuretur et ponderetur
quod omnes et singuli Pizicajoli et alia quecumque
persona vendens vel vendentes carnes siccas lardum
caseum et his similia debeant habere causa pe-
sandi predictam mediam libram, unam libram
duas libras, tres libras, et quatuor libras sigillatas
sigillo Communis Trevii et dictas carnes caseum et
lardum vendere singula libra vendere ad mensuram
et modum quibus venduntur in Civitate Fulg-
nei, ~~[illegible]~~ detracta gabella et non aliter. et qui
contra predicta vel aliquod predictorum fecerit
solvat nomine pene Camerario Communis Trevii pro
ipso Communi recipienti XL solidos denariorum pro
quolibet et qualibet vice et qualibet capo capitu-
lorum predictorum. et cuilibet sit licitum accusa-
re et habeat tertiam partem banni: et credatur
iuramento accusatoris sine aliqua probatione.
quam poenam Potestas qui pro tempore fuerit
teneatur et debeat a delinquente Camerario Com-
munis Trevii sine strepitu et figura judicii sum-
marie et de facto solvi facere. Et quod predicti
et quilibet predictorum habeant et habere
teneantur et debeant causa vendendi oleum
in eorum domibus mensuras ad siagumum et
mensuram Communis Spoletii sigillatas sigillo Com-

Trevii: et qui contrafecerit solvat pro qualibet
et vice qualibet poenam superius nominatam.
Et quicumque repertus fuerit habere et tene-
re in sua domo vel apoteca non justa pondera
vel mensuras vel cum ipsis vel ipsorum aliquo
vendere, ponderare vel mensurare pro qualibet
et vice qualibet in centum solidorum denariorum
Comunis Trevii condemnetur, et cuilibet sit licitum
contrafacientes vel contrafacientem accusare et
denuntiare, et habeat tertiam partem banni, et
suo juramento credatur cum uno teste testificante de
falsis ponderibus: in aliis vero casibus supradictis sta-
tur et credatur suo juramento. que omnia et sin-
gula Potestas Trevii teneatur facere observari
et qualibet septimana semel ad minus unum de suis
Notariis cum aliquibus de sua Familia mittere
ad cercandum et inquirendum de predictis ad apote-
chas, et domos Pizicarolorum et repertos culpabiles
punire in predictis poena Potestate predicta non
observante pro qualibet vice XXV librarum denario-
rum. Et quod Priores qui pro tempore erunt ad poe-
nam predictam qualibet mense mictant pro ~~offi-~~
~~cios~~ allectu predictorum quando mittunt pro alle-
ctu carnium vendentium.

De poena Fornariorum panem non bene
coquentium R.° 20.

Statuimus et ordinamus quod omnes Fornarii sive
Fornarie de Trevio et ejus Districtu teneantur
et debeant furnos proprios vel conductos solli-
cite habere aptatos cum bono solo, et omnibus in-

strumentis et periculo eorum cujuslibet generis et cujuslibet per-
sonae vicem primo petenti coquere et gubernare et facere
cum bene et legaliter fideliter et diligenter. Quibus
Fornariis et cujuslibet ipsorum pro eorum fornati-
co salario et mercede satisfiat in hunc modum: vi-
delicet: quod quando contigerit cuppam grani vale-
XXX solidos vel abinde infra dicti Fornarii, et quilibet
ipsorumque qui panem coquerent possint eisque liceat ac-
cipere pro fornatico et eorum salario et mercede pro
qualibet fornata panis de grano dictis XXX panibus unum
panem tantum et non plus inter omnes, et si tot, quod
plures essent fornarii ad unum furnum et de pan-
de mistura de XX panibus unum panem tantum.
Et si contigerit cuppam grani valere XL solidos vel
abinde supra usque in L solidis liceat eis accipere pro
fornatico et eorum salario et mercede de XL panibus
unum panem, et de XXX panibus misturae unum pa-
nem de mistura tantum et non plus. Et si contige-
rit cuppam grani valere tres libras tunc sit in po-
testate domini panis vel illius qui dictum panem ad
furnum portaverit dare sibi fornaticum de pane
ad rationem praedictam vel solvere pro coquitura
et gubernatura panis ad rationem duorum soli-
dorum denariorum pro qualibet cuppa panis vel
farinae unde facti sunt dicti panes, solvendo pro
rata ad dictam rationem, pro quantitate panis vel
farinae ad rationem cuppae. Et dicti fornarii et
quilibet ipsorum sint et esse debeant taciti et
contenti dicto fornatico salario et mercede ut dic-
tum est, secundum tempora supradicta, et se in-

voluntatem et electionem dominorum panis: et ultra vel aliter nihil recipere possint percipere vel habere per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa aliquo quesito colore. Et non possint nec debeant ligna petere vel recipere nec aliquid aliud sub poena periurii juramenti et ad poenam centum solidorum denariorum, per qualibet et qualibet vice qua contrafecerint in praedictis vel aliquo praedictorum. quam poenam potestas qui pro tempore fuerit tenea[t]ur ad petitionem cujuscumque petentis exigere de facto a contrafacientibus sine strepitu et figura judicii et ad manus camerarii facere devenire ad poenam XXV librarum denariorum de suo salario comuni Trevii applicandorum et sub poena periurii juramenti. De quibus potestas debeat specialiter sindicari per sindicum qui erit ad sindicandum eumdem de praedictis et infrascriptis. Dominus potestas qualibet septimana semel ad minus inquisitionem generalem facere teneatur: et notarium suum ad furnos mittere ad inquirendum et veritatem perquirendum per sacramentum tam a fornariis, quam a portantibus panem ad coquendum. Et quod dicti fornarii et quilibet eorum teneantur dictos panes pro dicto fornatico salario et mercede bene et legaliter coquere et stationare et gubernare. Et si panis pateretur aliquem defectum vel damnum dicti fornarii de eorum proprio emendare teneantur secundum dictum et declarationem faciendam per dominum sive dominam panis vel

personæ portantis panem ad furnum cum juramento e-
jus vel quorum et cujuslibet ipsorum dicto, et de-
clarationi stetur et credatur. Et si quis vel si qua
ad aliquem furnum aliquem vel aliquos panem
vel panes omiserit: amissos possit ab ipsis for-
nariis panem recipere sua auctoritate sine poena
et banno, usque in congruam satisfactionem, et cre-
datur dicto petenti: et cuilibet liceat contrafacientes accu-
sare vel denuntiare et accusator vel denuntiator habeat
tertiam partem banni. Et Potestas et sui Officiales te-
neantur vinculo juramenti et poena XXV librarum dena-
riorum facere jurare in principio sui officii sive sui
regiminis omnes et singulos fornarios et fornarias de eo-
rum domibus a XIIII annis supra omni mense, quod
prædicta observent per totum annum. Et desuprædicti idem
Potestas et sui Officiales omni mense teneantur facere so-
lemnem inquisitionem per convicinos dictorum for-
nariorum durante suo officio ad dictam poenam co-
munis Trevii applicandarum. Et quod Potestas tenea-
tur et debeat ipsis fornariis solitis furnum face-
re seu fieri facere ipsos furnos notum facere, quod
si aliquis furnarius ipsum furnum facere voluerit
teneatur et debeat ipsum furnum dare ad pen-
sionem illi, qui voluerit ipsum furnum pro illo pre-
tio quod placuerit dicto domino Potestati qui pro
tempore fuerit et prioribus terræ Trevii poena XXV
librarum denariorum dicto Comuni applicandarum.

De poena textricium non texentium pannum certo pretio R.a 21.

Statuimus et ordinamus quod omnes et singulos te-

rtrices de Trevio et in Trevio commorantes teneantur et debeant omni occasione et exceptione remotis texere telam panni cujuscumque conditionis existat pro duobus denariis ligamen et plus accipere non possint et dare vicem primo petenti ad poenam centum solidorum denariorum: et cuilibet sit licitum accusare, et habeat tertiam partem banni, et teneatur in credentia.

De poena mattonariorum non jurantium et non facientium mattones certo pretio

R.^a 22.

Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli mattonarii vel cuppos facientes in districtu Trevii teneantur et debeant qualibet anno jurare ad sancta Dei Evangelia, ac etiam promictere camerario comunis Trevii pro ipso comuni recipienti et specialibus personis ejusdem facere cuppos, lateres, sive mattones ad illum modum et formam, quod eis videbitur et a qualibet ipsorum dabitur et assignabitur per camerarium dicti comunis qui pro tempore fuerit, et ipsos cuppos et mattones vendere cuilibet volenti emere, videlicet miliare dictorum cupporum pro duodecim libris denariorum et miliare laterum sive mattonorum pro septem libris denariorum et non plus sub poena X librarum denariorum pro qualibet ipsorum et qualibet vice qua contrafecerint. Et camerarius ~~dicti comunis~~ qui pro tempore fuerit teneatur eis dare dictum modum et formam, et notarius damnorum datorum duabus vicibus in mense ad minus teneatur per se et suos famulos accedere

ad dictas fornaces et inquirere, et repertos culpabiles
condemnare et exigere poenam XXV librarum dena-
riorum de suo salario dicto Comuni applicandorum
poenam incurrat si contrafecerit. Item adjicientes prae-
dictis validius reformamus quod quilibet fornaciarius
faciens et vendens lateres sive mactonos et cuppos de cae-
tero non possit vendere mactonos sive lateres ultra florenos duos
cum dimidio pro qualibet miliari, et cuppos florenos quinque
pro qualibet miliari et plus sub poena et ad poenam cen-
tum solidos pro qualibet miliari et qualibet vice. Ab inde
vero infra vel supra pro rata portione praedicti. Et quod
dicti fornaciarii facientes mactonos sive lateres praedictos
et cuppos debeant habere formas ordinatas et deputatas
per comune sigillatas et approbatas saltim per Domi-
nos Priores et Potestatem terrae Trevii, et contrafaciens
incidat in poenam praedictam centum solidorum,
et incidisse intelligatur pro qualibet et qualibet vi-
ce et qualibet forma non justa vel adjustata: et
cuilibet liceat accusare et denuntiare, et credatur
ejus juramento cum dicto unius testis, et ejus nomen
in secreto teneatur, et habeat quartam partem poe-
nae de qua gratia fieri non possit: et alia quarta pos-
sit Officialis executionem facientis: reliquum autem sit
Comunis Trevii.

De poena mensuratorum lapidum R.o 23.

Statuimus et ordinamus quod mensuratores lapidum
mensurent ita quod de novem centinariis lapidum
fiat una pertica muri ad poenam XL solidorum de-
nariorum pro qualibet vice: et lapides sint actati ad-
murandum: et dicti mensuratores jurent dictam

mensuram et officium exercere bona fide et legaliter. aliter omnino ~~modo~~ mensurare non debeant. Et possint et debeant habere pro ipsorum ~~[illegible]~~ salario pro quolibet centinario lapidum a parte qualibet duos denarios. Et si dicta novem centinaria lapidum non sufficerent in una pertica muri, mensurator de suo proprio adimpleat et subjaceat dictae poenae.

De poena mensurantium diebus festivis. R.o 24.

Statuimus et ordinamus quod omnes mensuratores terrarum et possessionum murorum et lapidum non audeant nec presumant mensurare ac terminare aliquam terram vel possessionem, vel lapides, sive muros diebus dominicis vel aliis festivitatibus in statutis contentis seu prohibitis ad poenam XL solidos denariorum: et idem intelligatur de seratoribus communis Trevisii: et quilibet possit accusare contrafacientes, et habeat tertiam partem banni, et teneatur in credentia.

De poena victovalium non habentium barilia sigillata. R.o 25.

Statuimus et ordinamus quod victovales vel quicumque vinum seu mustum deferre voluerit ad dictam terram teneantur deferre et portare et habere barilia sigillata de tres decim quartis ad minus, et cum ipsis debeat vinum et mustum portare, et non cum aliis, et ipsa barilia sint bona et boni odoris, et sint sigillata sigillo communis: et si plures essent capaces quam XIII quartis et illud plus signetur in illis barilibus. Et quicumque non haberet aut contrafaceret solvat nomine poenae X solidos denariorum, et damnum

emendet conductori et ementi vinum vel mustum et hoc capitulum bandiatur. Et Potestas teneatur et debeat vinculo juramenti et poena X librarum denariorum de suo salario tempore vendemmiae mittere unum ex suis Notariis ricercando pro contrafacientibus, et repertos culpabiles punire in dictas poenas et stetur relationi ipsius Notarii: et qualibet mense de praedictis ipse Potestas teneatur facere generalem inquisitionem; et quod in concilio generali eligatur ad brevia unus bonus homo et legalis qui debeat sigillare dicta barilia de mense septembris.

De poena cestajolorum non portantium cestas ad terram Trevii, R.° 26.

Statuimus et ordinamus quod quilibet qui faceret cestas vel panarias in Trevio vel ejus districtu teneatur et debeat apportare ad plateam Communis Trevii illas cestas et panarias, quae sibi injunctum fuerit per rectorem eorum: dummodo quod Notarius dannorum datorum teneatur mittere qualibet hebdomada pro rectore praedicto, et sibi injungere quod debeat praecipere illis qui faciunt dictas cestas et panarias, quod qualibet hebdomada apportent illas cestas et panarias, quae per dictum Notarium fuerint declaratae ad vendendum videlicet valentibus emere pro tanto praetio: et qui contrafecerit solvat de facto Camerario Communis praedicti pro qualibet vice qua contrafecerit XX solidos denariorum. Qui Notarius teneatur plateam discutere pro praedictis, et de facto contrafacientes condemnare in X librarum denario=

rum de dicto Notario salario: si secus fecerit condemnetur, Comuni Trevii applicandorum.

De poena habentis foveas juxta muros Comunis R.° 27.

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel praesumat retinere nec habere foveas juxta muros Comunis, intus vel extra terram Trevii nec letamen seu fimum prohicere vel tenere in ipsis foveis ad poenam centum solidorum denariorum, pro qualibet contrafaciente et qualibet vice: et Notarius damnorum datorum qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur qualibet mense scrutari pro praedictis, et inquisitionem facere, et in actis redigere virtute praestiti juramenti et poena librarum X denariorum de suo salario Comuni Trevii applicandorum: et Sindicus qui erit ad sindicandum eumdem de praedictis debeat sindicare, et repertum culpabilem punire et condemnare in dicta poena.

De poena ingomborantium vias. R.° 28.

Statuimus et ordinamus quod quicumque habeat possessiones juxta vias per totum districtum Trevii, teneatur incidere sepes arbores et muros arlevare, qui impedimentum praestarent in dictis viis hominibus euntibus per dictas vias, et ipsae viae per adjacentes dictarum possessionum manuteneantur et aptentur: et quilibet facere teneatur infra XV dies post bannimentum sub poena centum solidorum denariorum Comuni Trevii applicandorum: et Potestas de praedictis qualibet mense inquirere teneatur.

De foveis et letamine non tenendis in

certis viis R.a 29.

Statuimus et ordinamus quod in via qua itur a porta Lacii ad Ecclesiam Sancti Stephani de Pladia usque ad portam Sancti Fabiani nec in aliqua alia via in pladia Trevii nulla persona audeat vel presumat habere vel habeat nec facere possit nec debeat foveam letaminis vel aliud ingomboramentum, et contrafacientes pro qualibet vice per Notarium dannorum dato dam, in quinque solidis denariorum Comuni Trevii condemnetur, et possint accusari, et accusator in credentia teneatur.

De poena proiicientium letamen in foveis
R.a 30.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat proiicere vel habere letamen vel aliquod impedimentum in via a porta Lacus usque ad terram que fuit olim Marii Vergaroni, nec prope dictam viam per duas perticas, nec etiam in carbonariis Comunis, videlicet a porta Lacus usque ad portam Lacii, et a porta Lacus usque ad portam Sancti Stephani: et a porta Lacii in via usque ad Carceram, qui vocatur carcer Campuzule, nec in via per quam itur a porta Lacus, usque ad domum filiorum Zaccarii nec in via qua progreditur a porta Sancti Stephani versus Fulginium usque ad clusuram filiorum Magistri Angeli Bertonii, nec etiam in aliquo fosso Comunis: et si quis in predictis vel aliquo predictorum contrafecerit puniatur qualibet vice in centum solidis

denariorum Communi Trevii applicandorum. Et Potestas
qui pro tempore fuerit teneatur et debeat semel in
mense ad petitionem cujuslibet petentis poena X libra-
rum denariorum de suo salario inquirere, et praedicta
banniri facere primo mense sui regiminis, et quili-
bet possit contrafacientes denuntiare et accusare, et
accusator habeat partem tertiam banni, nec terram
vel arenam cavare sub dicta poena.

De poena projicientis et excorticantis be-
stiam morbosam. R.o 31.

Statuimus et ordinamus quod nullus de Trevio vel
ejus Districtu vel aliunde audeat vel praesumat
aliquam bestiam morbosam projicere nec excoriare
intus muros et murum Communis nec prope per XX
perticas et contrafaciens in XX solidis denariorum
Communi Trevii condemnetur: cujus banni tertia pars
sit accusatoris et teneatur in credentia: et cuilibet
sit licitum accusare.

De poena mensurantis terras et domos nisi
se prius recepto sacramento. R.o 32.

Statuimus et ordinamus quod nullus de Trevio vel
ejus districtu audeat vel praesumat mensurare
terras, domos, muros, casalenas, vel lapides nisi pri-
mo de isto officio, et mensuratione fideliter co-
ram Potestate et suis Officialibus corporaliter
praestiterit sacramentum, et de isto sacramen-
to apparuerit publicum instrumentum. Post
dictum vero sacramentum possit suum officium
publice et libere exercere pro mercede infra-
scripta scilicet pro quolibet modiolo terrae pugillo

lottarum pugillo qualem mensuratis per eum XII denarios accipere debeat ad plus in quo salario computetur ipsius viaticum et missio terminorum, et si contrafecerit pro qualibet vice in XL solidis denariorum Comunis Trevii condemnetur. Et omnes mensurationes terrarum possessionum lapidum et aliarum rerum quae solitae sunt mensurari, debeant mensurari ad iustam perticam Comunis Trevii et pedem S. Emiliani et Comunis Trevii. et si aliter fieret ipsa mensura, et mensurae omnes et singulae, et contractus qui fierent alicuius venditionis donationis, vel concessionis occasione vel alicuius rei aliter quam ad dictam mensuram non valeant nec teneant ipso iure, et quod mensuratores qui soliti sunt mensurare, et qui mensuraverint teneantur et debeant omnia et singula observare et etiam iurare ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis coram Notario qui fuerit rogatus de venditione, donatione vel cessione praedictarum, et coram Notario reformationum Comunis Trevii infra octo dies post introitum ipsius Notarii, poena XXV librarum denariorum si secus fecerint. Et quilibet possit contrafacientes accusare et habeat tertiam partem banni. et praedictarum Potestas faciat banniri infra octo dies post introitum sui officii, et facere observari poena X librarum denariorum. et quod mensuratores aliquam mensuram tignare non possint, nisi ad dictam perticam Sancti Miliani ad dictam poenam.

De poena euntis cum corpore mortuo extra terram Trevii R.o 33.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona habitatrix in castro Trevii vel ejus Pladia audeat vel presumat ire extra portam vel portas dicti castri vel Pladiae cum aliquo corpore mortuo ad poenam X soldorum denariorum pro qualibet vice: liceat tamen octo hominibus ire cum dicto corpore ad sepeliendum ipsum tantum et hominibus villarum si venerint: dummodo non intrent per portam dicti castri vel Pladiae.

De poena extrahentis aliquid de capite mortui R.o 34.

Statuimus et ordinamus quod omnes homines de Trevio vel ejus districtu quando ibunt cum aliquo mortuo vel mortua ad Ecclesiam ipso corpore deposito in Ecclesia debeant statim redire et nullus audeat vel presumat aliquid extrahere de capite nec capitetenum, nec birratum cialfardam vel infulam nec ipsas res abscindere, nec pannos de dorso dilaniare nisi pannos, quibus ante mortem utebatur portare in die luctus: et nulla mulier audeat vel presumat ire cum mortuo ad Ecclesiam nec stare ad domum alicujus mortui scapigliata, nec tempore luctus stare scapigliata vel alibi in die luctus, excepta matre, uxore, filia et sorore: et idem intelligatur in masculis qui non subjacent dictae personae inferius denotatae. Et nulla mulier quae attineat in tertio gradu dicto mortuo audeat vel presumat ire in die

oblationis ad Ecclesiam ubi mortuus fuerit sepultus
nec ad aliquam Ecclesiam occasione oblationis mortui
liceat tamen mittere familiam vel famulos cum
oblationibus sine aliquo rumore clamore vel luctu
et qui contrafecerit in predictis vel aliquo pre-
dictorum solvat pro qualibet vice XX solidos de-
nariorum. Liceat tamen quatuor hominibus ad
dictam Ecclesiam permanere ad sepeliendum
mortuum, et alia ministeria faciendum sine ali-
qua poena. Et nulla mulier que de domo mor-
tui recesserit dicta die vel sequenti ad domum
mortui iterato vadat, et nulla persona ipsa
die mortis vel luctus, et die qua fuerit luctus
sive oblatio presumat in domo mortui, et ad
ipsam domum ire vel stare ad comedendum nisi
tantum illi de familia mortui, nec faciat
aliquod vestimentum de novo pro aliquo mortuo
excepta uxore mortui, que possit vestes viduales
habere. Et nulla persona possit ire ad petendum
licentiam a Potestate et sua curia, quod faciat
~~[illegible]~~ propus contra statutum vel aliquod predictorum
poena XX solidorum denariorum. Et nulla mulier
in die oblationis debeat se scapigliare ad Ecclesiam
seu luctum vel rumorem facere vel clamorem, et
que contrafecerit in predictis vel aliqua predictorum
pro vice qualibet subjaceat dicte pene, et nullus
audeat vel presumat ad plateam Comunis accedere
ad faciendum aliquod corruptum occasione alicujus
mortui vel mortue: liceat tamen cuilibet mor-
tuum vel mortuam, pro ipsam plateam deferre

et cum ipso transire nullam faciendo novam: et qui
contrafecerit in supradictis vel aliquo predictorum in
XX solidorum denariorum Comuni Trevii condemnetur.
Et predicta omnia et singula faciat observari Pote=
stas terre Trevii et inquirere tempore sui teneatur. Nec Po=
testas contra predicta vel aliquod predictorum li=
centiam possit concedere: et ad predicta invenienda
unum ex suis Notariis mittere teneatur per Ca=
strum et plateam Trevii: et Potestas teneatur jura=
ri facere capitaneum contratarum quod denun=
tiet contrafacientes et accuset et relationi unius
vel duorum vel plurium fides plenissima adhi=
beatur: et si non accusaret subjaceat ipsi pene.
Et hoc capitulum Potestas post introitum sui offi=
cii publice, infra octo dies bannire facere teneatur.
Et nulla mulier audeat vel presumat in oblatio=
nibus alicujus mortui cum aliqua offerta vel pane
ad domum mortui ire: sed omnes mulieres que
ire voluerint cum oblationibus pro anima defuncti
ad Ecclesiam accedant sine aliquo clamore ad penam
X solidorum denariorum, pro qualibet ipsarum
et qualibet vice: et Potestas qui pro tempore fuerit
teneatur et debeat supradicta omnia et singula
et quodlibet eorumdem observare et observari fa=
cere, sub pena quinquaginta librarum denariorum
de suo salario Comunis Trevii applicandorum.

De pena non euntis ad laboritia Comu=
nis Trevii Rub.a 35.

Statuimus et ordinamus quod quicumque non iverit
ad laboritia Comunis Trevii ad petitionem Potestatis

vel suppositis operis compleatur: qui Potestas vel
suppositus habeat potestatem faciendi pignorari,
et omnia faciendi que sibi videbitur ad hoc ut opus
melius compleatur.

De poena euntis ad quaitam de nocte R.o 36.

Statuimus et ordinamus quod nullus masculus major
XIIII annis audeat vel presumat ire de nocte ad aliquam
quaitam alicujus mulieris infantate sub poena et ad
poenam X solidorum denariorum pro qualibet et
vice qualibet Comuni Tarvisii applicandorum.

De poena molendinariorum non dantium vicem R.o 37.

Statuimus et ordinamus quod omnes molendinarii
de Trevisio debeant dare vicem primo euntibus et
petentibus ad macinandum, et multuram sibi
accipere secundum ordinamentum de hoc factum
et non plus, et cum mensuris eis assignatis per
Comune Trevisii: et ipsas mensuras deferre in ea
magnitudine in qua fuerint a principio, et omnia
et singula faciant et observent bona fide, sine
fraude: et si secus fecerint, poena centum solido-
rum denariorum volumus incurrere ipso facto in
qua debeant condemnari; et nihilominus inquiri
debeat contra omnes semel in mense si contra
predicta vel aliquod predictorum fecerint, et
ipsos omni mense jurare faciat et cogere ad pre-
dicta observanda, et Potestas et sui Officiales hoc
faciant observare: et Potestas etiam qui nunc est
et pro tempore fuerit teneatur et debeat observa-
re

et observari facere omnia et singula in dicto capitu-
lo contenta ad poenam XXV librarum denariorum de
suo salario Comuni Trevii applicandorum. Et quod ipsi
molendinarii et quilibet ipsorum accipiant et accipe-
re debeant pro multura pro qualibet cuppa grani
quam maxinaverint unum ramajolum grani, dum-
modo quod cuppa grani sit capax XXX ramajolorum
misturae et de mistura pro qualibet cuppa unum ra-
majolum dummodo quod dicta cuppa sit capax XX ra-
majolorum misturae; et dicti ramajoli sint et esse
debeant sigillati sigillo Comunis Trevii: et si dicti mo-
lendinarii praedicta non observaverint in centum soli-
dis denariorum pro qualibet et qualibet vice qua con-
trafecerint Comuni Trevii condemnetur: et quod fa-
rinajoli qui farinam recoligunt debeant recipere pro
qualibet cuppa farinae quam recoligerint a domino fari-
nae pro suo labore unum denarium tantum et non aliud.
et qui contrafecerit in X solidis denariorum Comuni Tre-
vii condemnetur. Et quicumque ierit ad maxinandum ad
dicta molendina bladum amiserit quod molendinarii
dictorum molendinorum teneantur et debeant sine
strepitu et figura judicii emendare et restituere dictum
bladum illi qui amiserit et stetur et credatur
sacramento illius qui amiserit usque in quantitatem
unius cuppae grani et duarum cupparum alterius bladi
et Potestas et sui Officiales teneantur facere observa-
ri antequam molendinarii discedant de palatio sub
dicta poena.

Quod Molendinarii de mense Julii Augusti
et Septembris non possint maxinare alicui

nisi unam salmam grani pro qualibet septimana R.o 38.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Trevio vel ejus districtu a decem bucchis infra per menses Julii, Augusti, et Septembris cujuslibet anni infuturum possit nec debeat macinare ultra unam salmam grani in molendinis Comunis Trevii pro qualibet hebdomada, et a decem bucchis supra duas salmas grani pro qualibet hebdomada poenam unius floreni in singulis casibus predictis et qualibet vice incidat qui macinaverit contra voluntatem molendinarii, et in eamdem poenam incidat molendinarius si consenserit quod macinaret contra dictam formam. Et quilibet possit accusare et demuntiare et credatur ejus juramento cum uno teste et accusator habeat quartam partem poene predicte, et aliam quartam partem habeat officialis faciens executionem, et residuum sit Comunis Trevii. Et predicta intelligantur quando macinae essent occupate ex multitudine macinantium.

De pena Molendinariorum non permanentium continue in molendino sine substituto et de emendatione grani R.o 39.

Statuimus et ordinamus quod de cetero omnes molendinarii deputati per Comune Trevii ad macinandum granum in molendino Comunis predicti teneantur et debeant continue quilibet eorum stare in dictis molendinis tempore quo macinatur granum et habere debeant curam, et omni modam

diligentiam in macinando granum pro ut quilibet diligens et peritus molendinarius habere debet et omnem dannum quod insurgeret in grano vel farina propter suam imperitiam et malam curam teneatur ad damna et interesse damnum patienti. Et simili modo si granum assignatum in molendino amitteretur vel defraudaretur in totum vel in partem teneatur molendinarius sive ille molendinarius cui fuerit assignatum restituere domino grani: et credatur juramento illius qui assignavit granum amissum vel deterioratum et fraudatum cum juramento unius testis et nullus possit servire per substitutum poena XX solidorum pro quolibet et qualibet vice qua fuerit inventus vel denuntiatus servire per substitutum, et quilibet Officialis curiæ Potestatis Trevii et Cancellarius teneantur inquirere per omnem meliorem modum quo melius poterit et habeat inveniens quartam partem pœnæ quam pervenire fecerit cum effectu in commune.

De impedimento elevando de viis R.º 40.

Statuimus et ordinamus quod Potestas Communis Trevii qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur sub virtute prestiti juramenti facere tolli et removeri omne impedimentum de viis publicis et vicinalibus de Castro Trevii et pladia et toto districtu Trevii ad petitionem cujuscumque petentis: et hoc Potestas in principio sui officii infra octo dies publice bandiri faciat et deniat ad notitiam singulorum et in ipso banno assignetur terminus octo dierum ad elevandum impedimentum prædictum; et quicumque impedimentum prædictum non elevaverit

Potestas faciat inquisitionem contra illum qui tale impedimentum posuerit, et illum punire et condemnare debeat in tribus libris denariorum Comunis Trevii applicandorum. Et nihilominus dictum impedimentum elevare teneatur, et tertiam partem banni habeat accusator, et sit licitum cuilibet accusare, et quod nulla persona proiciat aliquod impedimentum vel turpitudinem faciat in aliqua via, castri vel pladiis Trevii poena X solidorum denariorum pro qualibet vice, et quod dictae viae debeant reduci per adjacentes ad modum consuetum et pro ut hactenus fuerunt. Et Notarius qui pro tempore fuerit teneatur praedicta facere bandiri poena XXV librarum denariorum Comunis Trevii applicandorum.

De non proiciendo impedimentum in viis
~~Statuimus~~ R.ᵘᵐ 41.

Statuimus et ordinamus quod Potestas faciat exgombrare omnes et singulas vias de Trevio et ejus districtu: et nulla persona proiciat dedit aquam a pro angulo in aliquam stratam publicam, et qui contra fecerit solvat bannum in communi X solidorum denariorum: et sit licitum cuilibet accusare, et accusator habeat tertiam partem banni: et hoc capitulum bandiatur: et similiter locum habeat de vicho usque ad tertium locum campanae quae pulsatur de sero. Et Potestas qui pro tempore erit et Notarius reformationum debeant super praedictis inquirere sub poena X librarum denariorum pro quolibet dicto Comuni applicandorum.

De poena ingombarantium viam olim Magistri Ro. 42.

Statuimus et ordinamus quod via qua itur ab angulo Macelli et vadit ante domum magistri Angeloni et murum veterem communis et exit ad domum olim Petri Ballesis sit libera et nulla persona faciat immunditiam vel impedimentum et qui contrafecerit solvat bannum X solidorum denariorum, et cuilibet sit licitum accusare.

De Pizzicajolis vendentibus in Platea. Ro. 43.

Statuimus et ordinamus quod quicumque voluerit stare et morari in die Jovis vel aliis diebus in Platea communis Trevii ad vendendum olera, poma, panem, salem, oleum, lagenam, vel alias res ad pizzicajolos seu pizzicajolas spectantes sive pertinentes: et qui soliti sunt stare in dicta platea ad vendendum teneantur et debeant annuatim solvere camerario communis Trevii pro ipso communi recipienti XX solidos denariorum, et intelligatur etiam de pizzicajolis et panifaculis, et fogliajolis utriusque sexus existentibus in dictis locis: et etiam panifaculi sive panifaculae ubicumque stabunt in Trevio et ejus districtu teneantur annuatim solvere pro quolibet XX solidos. Et Potestas faciat bannire infra tres dies post introitum sui officii: et in dicto banno assignet terminum trium dierum, infra quem debeant se facere ascribi: quod si non fecerint in XL solidos denariorum pro qualibet et qualibet condemnetur: et quod panifaculae facientes panem ad vendendum in castro vel Plaia Trevii teneantur et debeant stare et morari ad vendendum panem in Platea communis

308

Trevii singulis diebus Dominicis et diebus Jovis pro quali-
bet et quolibet die quo non steterint in dictam pœnam
incurrant. Et quod Potestas teneatur et debeat pœna
X librarum denariorum et vinculo juramenti dictis
diebus unum ex suis Notariis mittere ad ricercandum
et inquirendum de prædictis, et repertos culpabiles pu-
nire et condemnare in dicta pœna, et stetur relatio-
ni dicti Notarii.

De modo vendendi animalia R.o 44.

Statuimus et ordinamus quod quicumque habuerit ali-
quod animal ad vendendum illud animal non ven-
dat nisi primo ipsum animal duxerit ad venden-
dum vel causa vendendi tribus diebus Jovis ad Ca-
strum Trevii, et qui contrafecerit in XX solidis de-
nariorum Comunis Trevii condemnetur: et eligatur
unus Notarius ad scribendum animalia omnia quæ
ducuntur ad vendendum in Foro Trevii: qui sit
esse debeat de Notariis banci qui pro tempore fue-
rint: et scribere debeat ipsa animalia, sine ali-
quo salario vel mercede, et contrafacientes cuilibet
sit licitum accusare, et teneatur in credentia: et
habeat tertiam partem banni.

Quod fiat forum bestiarum et aliarum
rerum: et quæ res possint extrahi die
Fori R.o 45.

Statuimus et ordinamus pro bono et pacifico statu ter-
ræ Trevii: quod in terra Trevii sit et esse debeat
Forum bestiarum de qualibet genere bestiarum
secundum formam Statutorum et ordinamentorum
loquentium de Foro habendo in terra Trevii posito

sub Rubrica suprascripta: quod Statutum volumus vigere et perpetuam firmitatem habere Statutis sive ordinationibus vel reformationibus in contrarium loquentibus non obstantibus. Et quod Potestas qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur et debeat dictum Statutum sive ordinamentum facere observari ad poenam XXV librarum denariorum: et quod nulla persona de Trevio vel ejus districtu portet vel extrahat de territorio Terrae Trevii aliqua victualia nisi illa portaverit et retinuerit in die Jovis in terra Trevii: et contrafaciens ipso facto in XL solidos denariorum poenam incurrat pro qualibet et qualibet vice. salvo quod pro pullis, caseo, et ovis extractis seu portatis contra dictam formam sit poena X solidorum denariorum pro qualibet contrafaciente et qualibet vice. Quae poena per Potestatem auferatur eisdem sine diminutione aliqua. Et Potestas teneatur de praedictis inquirere et suam familiam mittere, liceat tamen quibuscumque personis de dictis victualibus excepto blado et vino emere diebus Jovis in Foro Trevii: et illa quo voluerint portare sine poena.

De modo vendendi calcinam R.o 46.

Statuimus et ordinamus quod calcina semper vendatur ad cumulum ad justam mensuram Comunis Trevii: et quod cuppa calcinae lapidum confractorum vendatur sex denariis et non pluris: et venditor qui plus acciperet in centum solidis denariorum Comuni Trevii condemnetur: et volumus quod nullus Vaijas possit nec debeat vendere calcinam alicui personae, quae non sit supposita jurisdictioni Comunis Trevii nisi

ad inviutum et istam mensurare debeat bona fide sine fraude, et qui contrafecerit subjaceat dictae poenae.

De muro Comunis fracto reparando R.a 47.

Statuimus et ordinamus quod ubicumque esset vel invenirretur murus Comunis fractus in Castro Trevii vel pladia ruptus vel modo aliquo devastatus: talis murus Comunis Trevii reaptetur. Et Potestas de mense Jannarii proxime venturo debeat ire ad videndum dictos muros, et ubi essent rupti vel guasti facere reaptari sub poena L librarum denariorum de suo salario, in qua poena per Sindicum Comunis qui eum sindicabit debeat condemnari inventus culpabilis. Et Notarius reformationum teneatur vinculo juramenti, et poena XXV librarum denariorum de suo salario omni hebdomada dictos muros revidere, et ubi fractos invenerit sollicite facere reparari una cum dicto Potestate.

De aqueductu cooperiendo R.a 48.

Statuimus et ordinamus quod Potestas qui pro tempore fuerit et quodlibet officium prioratus terrae Trevii teneantur et debeant sub poena XXV librarum denariorum pro quolibet Comuni Trevii applicandorum singulis duobus mensibus eorum durante officio facere fieri et cooperiri aqueductum Comunis et actari per particas volte muri, si expedierit et cooperiatur de supra de tanta terra ut via possit ire super ipso aqueductu, et incipiatur a capite ipsius aqueductus et desubtus remundari et aptari pro ut expedierit: et quod nulla arbor possit esse prope

ipsum aqueductum per duas partes ad hoc ut radices
ipsarum arborum non dequastent ipsum aqueductum:
et nulla mulier a valle Sancti Romerij ultra possit
lavare pannos, lanas vel quasvis res, poena centum
solidorum denariorum. Et Potestas et Notarius damno-
rum datorum qui sunt et pro tempore erunt tenean-
tur vinculo juramenti de praedictis, et qualibet prae-
dictorum omni mense facere inquisitionem, et con-
tra facientes condemnare in dicta poena et etiam pu-
nire: ad quae probanda sufficiat unus testis de visu et ad
saltem tres, bonae conditionis et famae, de publica fama.

De via aqueductus Comunis R.o 49.

Statuimus et ordinamus quod via quae vadit et incipit
in aqueductu cujus Comunis Trevii aptetur et emune-
detur usque ad dictum fontem cujus expensis Comu-
nis Trevii, et quod nulla persona de Trevio vel ejus
districtu vel aliunde audeat vel presumat facere in
dicto aqueductu et fonte aliquam turpitudinem ad
poenam centum solidorum denariorum pro qualibet
et qualibet vice dicto Comuni applicandorum. Et quili-
bet contrafacientes possit accusare, et accusator habeat
quartam partem banni, et nomine ejus in credentia
teneatur. Et si talis malefactor non inveniretur
quod illa contrata in qua facta fuerit dicta turpi-
tudo vel impedimentum, teneatur solvere illam
poenam et pecuniam. Et quod Notarius custodiis
qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur et
debeat ire qualibet mense scrutando praedictis
una vice; et si non fecerit incurrat poenam cen-
tum solidorum denariorum, de suo salario. Comunis Trevii

applicandorum: et nihilominus ipse Notarius quo-
libet mense facere bannire predictam teneatur ad
dictam poenam. Et nulla persona possit in dicto
aqueductu lavare pannos nec prope quatuor perti-
cas, nec de aqua dicti aqueductus extrahere nisi per
fontes in ipso existentes poena X librarum denario-
rum: et Potestas et Notarius damnorum datorum
qui pro tempore erunt teneantur inquirere de
predictis, et repertos culpabiles punire et con-
demnare in dicta poena.

Quod XV dies de mense Maii, et XV de mense
Augusti sint feriati. R.o 50.

Statuimus et ordinamus ad hoc ut alvei, et alia labo-
ritia Communis Trevii magis utilia deducantur ad effe-
ctum et quod omnis occasio Potestati et aliis officia-
libus tollatur; quod XV dies de mense Maii: et XV
dies de mense Augusti continui ad petitionem Potesta-
tis sint feriati: et quod nullus de Trevio ~~et~~ vel ejus di-
strictu dictis diebus faciat aliquod laboritium nisi
laboritia Communis, quae fuerint deliberata per Conci-
lium dicti Communis, et qui contrafecerit in laboran-
do, solvat V solidos denariorum pro poena: et dictum ca-
pitulum banniatur. Et quod Potestas teneatur
et debeat predicta observare et observari face-
re sub poena prestiti juramenti, et quinquagin-
ta librarum denariorum de suo salario Communi
Trevii applicandorum, et hoc capitulum sit pre-
cipuum quod tolli non possit consilio vel arenga.

De festivitatibus custodiendis R.o 51.

Statuimus et ordinamus cum ex precepto omnipo-

18.

tentis Dei teneamur festivis diebus nullum ser-
vile opus facere. Quod de cætero nulla persona tam
terrigena quam Forensis vel Judæi in die Nativitatis
Domini cum duobus sequentibus: in die Corporis Chri-
sti, in die Paschatis Resurrectionis et Pentecosten
cum duobus sequentibus in die Ascensionis Domini.
in die Annuntiationis Domine: in die Nativitatis
ejusdem: in die Assumptionis ejus: et in omnibus
diebus Dominicis audeat vel præsumat forum si-
ve mercatum facere: id est vendere aliquod ge-
nus mercimonii; et hoc intelligatur non solum
de dicta terra Trevii; sed etiam per totum Ter-
ritorium ~~Trevii~~ ejus: et maxime prope Eccle-
siam Sanctæ Mariæ de Plano Trevii, et prope
Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Lacrijma, in quibus
omnibus locis solummodo liceat emere vel vendere
ea quæ necessaria sunt ad comedendum et biben-
dum pro illa die solummodo: et qui contrafecerit
tam vendens quam emens ipso facto incidat in pœ-
nam trium librarum denariorum: et similiter
incidat in dictam pœnam qui fecerit aliquod
servile opus in dictis diebus. Excepto quod si aliquod
dictorum Festorum venerit in die Jovis saltem
ad pœnam prædictam teneatur usque ad expletio-
nem officii et decantationis Missæ et non aliter.
Item in dictis diebus et omnibus ab Ecclesia præceptis
nullus Macellarius vel Macellator vel quivis alius de
terra Trevii vel ejus comitatu neque forensis audeat
vendere carnes publice vel occulte sub pœna trium

librarum denariorum de facto per Officialem exigendorum:
et hoc intelligatur usque ad meridiem dictorum dierum
festivitatum praedictarum. Item tabernarii nullo modo pos-
sint nec debeant eorum tabernas apertas tenere in ali-
quo festo ab Ecclesia praecepto antequam compleatur prae-
dicatio si praedicatur vel ante inceptionem decantationis
missae. Et similiter post sonum campanae de sero sub poena trium
librarum denariorum ipso facto ab officiali auferendorum.
Item quod Aromatarii non possint in diebus festivis ab Ec-
clesia praeceptis eorum apothecas apertas tenere ad aliquid ven-
dendum: contrafacientes autem id est vendentes aliquid
sine infirmorum necessitate ipso facto incidant in poe-
nam trium librarum denariorum. Item barbitonsores, sar-
tores, cerdones, et alii artifices cujuscumque artis in die-
bus festivis ab Ecclesia praeceptis teneantur dicta fe-
sta custodire incipiendo ab ora pulsationis campanae ad sa-
lutationem angelicam, in sero vigiliarum dictarum
festivitatum sub poena trium librarum denariorum. Item
quod nulla persona cujuscumque conditionis existat tam
terrigena quam forensis audeat vel praesumat modo aliquo
publice vel occulte tam in dicta terra Trevii quam in
ejus comitatu laborare neque laborari facere, neque ter-
ras colere, neque salmas portare, neque trasinum ducere,
neque aliud servile opus facere in festis Apostolorum
et in aliis Festis ab Ecclesia praeceptis nisi ad pias causas
et tempore incursus gentium armorum: quibus casibus
poenam aliquam non incurrant: et qui contrafecerit
ipso facto incidat in poenam XXX solidorum denariorum
hoc autem limitato et expresse declarato, quod in omni-

bus aliis diebus festivis ab Ecclesia preceptis praeterquam in Diebus contentis in primo Capitulo, et in diebus apostolorum quilibet possit vinum et oleum vendere et emere et etiam portare et portare ligna facta herbas paleas et foenum a terra ad domum propriam: aquam, vinum a terra in comitatum granum ad molendinum et farinam exinde exportare, et panem facere sine poena et banno aliquo. Et in aliis quidem diebus licet festivis ab Ecclesia tamen non preceptis et indictis quilibet possit et valeat sua exercitia laudabiliter exercere impune. quarum poenarum in suppradictis capitulis et festivitatibus omnibus contentarum, quarta pars sit Officialis invenientis et executionem facientis: et reliquae partes sint Communis Trevii. Item quod in celebratione instrumentorum per tabelliones servetur decretum Reverendissimi Domini Domini C. Episcopi olim Spoletani superinde emanatum, et in presenti volumine Statutorum insertum in omnibus et per omnia sub poenis et censuris in eo contentis quas poenas de facto Potestas auferre possit a contrafacientibus. Item cum festivitates ab Ecclesia indictae sint ad laudem Dei dedicatae, et ut fideles agant ipsi Deo gratias de totis innumerabilibus beneficiis et etiam ut Sancti quorum festa celebrantur pro nobis apud Dei clementiam intercedere dignentur, et nos nostra ingratitudine ludis commessationibus et ebrietatibus in illis sacris diebus Deo dedicatis Deum et ipsos Sanctos magisque in aliis diebus ad iracundiam provocamus. Quapropter Statuimus et ordinamus quod in terra Trevii, et in ejus comitatu nullus

persona cujuscumque status seu conditionis existat audeat
vel presumat ludere ad aliquod genus ludi taxillo-
rum cartarum sive tabularum sub poena trium li-
brarum denariorum de facto auferendorum a quo-
libet contrafaciente. Et receptatores talium ludo-
rum publice vel occulte scienter in duplum dicte
poene ipso facto puniantur sine ulla remissione: et re-
ceptatores intelligantur tenentes domos quocumque
jure vel titulo, quarum penarum quarta pars
sit accusatoris et teneatur in secreto: quarta Officia-
lis inventoris vel executionem facientis, et reliquae
partes sint Communis Trevii. Item quod nullus Judeus
audeat vel presumat apparere in publicum idest
extra domus a die cene Domini, idest a dimissione so-
nus campane usque ad horam tertiam Dominice Re-
surrectionis, sub poena triginta trium librarum denario-
rum: et sex ictus torture. Item quod in omnibus diebus
festivis supradictis venientes et portantes fructus et alia
commestibilia cum bestia vel sine ad vendendum in
terra Trevii et ejus comitatu et ementes non tenean-
tur ad aliquam poenam. Et ego Antonius Joannis Dequal-
terutiis de Sarnano publicus imperiali auctoritate
Notarius et nunc Cancellarius et Notarius reformationum
Communis et hominum terre Trevii predictis omnibus et
singulis dum sic agerentur et fierent interfui et pre-
sens fui, et ea rogatus scribere scripsi et publicavi, et ad
fidem et testimonium premissorum signum meum
apposui consuetum: et omisso signo Notarii sic legebatur.
Signum mei Antonii Cancellarii et Notarii suprascripti.
deinde diversa manu legebatur confirmatio predictorum

capitulorum sic: Confirmatio.

Nos Baptista de Lunariis de Rachaneto juris utriusque Doctor et Comes palatinus Reverendissimi domini Patriarche Antiocheni, Perusii, Fulginii, Trevii, et &c. ~~[illegible]~~ cum potestate Legati de latere generalis gubernatoris, et &c. ~~[illegible]~~ Locumtenens generalis. De speciali mandato, praefati Domini superscriptas omnes et singulas reformationes et capitula, in praecedenti et praesenti folio supra et infrascriptas confirmamus et approbamus tanquam honestas et licitas et mandamus eas inviolabiliter observari. Datum Fulginii sub impressione nostri majoris sigilli, die IV aprilis MCCCCLXXXIII, et obmisso sigillo sic legebatur: B (Baptista) de Savarano.

De poena retinentis ultra duos porcos R.a 52.

Statuimus et ordinamus quod ad evitandum omnem scandalum et errorem, nullus de Trevio vel ejus districtu aut ibidem habitans possit neque valeat in dicta terra et ejus districtu extra suam domum, habere neque retinere ultra duos porcos sub poena et ad poenam in statutis contentis. Salvo tamen privilegio mercatorum, et quilibet possit contrafacientes accusare, et habeat tertiam partem pene, et similiter si officialis eos invenerit et executionem fecerit. et si ipse Officialis negligens fuerit in exequendo tam accusationes coram eo factas, quam inventiones factas per eum vel aliquem Officialem dicti Communis incurrat poenam viginti quinque librarum denariorum et quilibet ipsum Officialem de sua negligentia in praedictis possit accusare: et similiter tertiam partem pene lucretur et hec

reformatio vim habeat Statuti, et perpetuo observe-
tur aliquibus in contrarium non obstantibus. F Patri-
tius Episcopus Cajetanus Fulginii Cerreti et ~~etiam~~ &c. Gu-
bernator.

Confirmatio

Cum elapsis diebus Consilium ~~Confirmatio~~ XVIII Popu-
li terrae Cerreti quamdam ad nostram devenerit noti-
tiam fecisse reformationem quod nullus in Territorio
et Districtu Cerreti possit extra domum retinere ul-
tra duos porcos poena in Statutis dictae terrae contenta,
salvo privilegio Mercatorum, et quilibet contrafa-
ciens valeret accusare et haberet tertiam partem
poenae, et si Officialis fuerit negligens in exigendo
dictam poenam, ipso facto poenam XXV librarum
incurrat vice qualibet, ut latius constat manu
Cancellarii dictae terrae sub die XXI mensis augusti prae-
sentis anni. Nos igitur bonum publicum dictae terrae
et pacem dicti populi cupientes volentes erroribus in-
super obviare ~~[illegible]~~ pro bono publico, et ipsius Populi con-
cordia et pace auctoritate Apostolica camerae re-
formationem approbamus et affirmamus et praesentis
scripturae patrocinio communimus omni modo et cete-
ra. Datum Cerreti die XXVII Augusti MCCCCLXXXIII
Sinolfus Othavius.

Infra quos confines capre balie castrarum pos-
sint retineri R.° § 3.

Statuimus et ordinamus ad declarationem termi-
norum et ampliationem confinium infra quos ca-
prae villae castrarum possunt impune pascere, quod
dicti confines expressi sint, hi videlicet incipiendo
a termino antiquo, videlicet a saxo asperi veniendo et

capiendo totum montem asperi et descendat ad caput
vineae Francisci et Martini, stetit et veniat de directo
per montem Capprilis usque ad domum Caudrocti, et quod
per dictum montem Capprilis et per viam in pede dicti
Montis praefati homines dictarum Villarum Sulta-
rum habeant auctoritatem et licentiam cum ipso-
rum capris et animalibus tres ad portandum dicta
animalia ad fontem Diani, ita tamen quod damnum
alicui non inferant. Et redeundo ad dictam domum
Caudrocti, quae est in pede montis Capprilis in valle
Diani, et vadat dicta semita de directo ad semitam
sive viam in monte supra dictam vallem Diani, et
eundo per dictam viam usque ad caput vineae sive
possessionis olim Dominici Nardutii et eundo per dictam
viam per medium olim vineae sive possessionis he-
redum Gilutii usque ad viam quae sursum vadit per
ipsum montem et eundo a puncta dictae viae sive
quas dicta via se insimul coniungit vadat de di-
recto in pede vineae olim et nunc possessionis he-
redum Marinutii Hermanni, et in capite posses-
sionis Ioannis Petri Pauli, et intrent dictae semitae
in viam quae est in pede possessionis Colangeli
Cole et intrando per saltum per possessionem dicti
Colangeli parte ad..... usque ad caput possessionis
Evangeli Francisci Magnoni et veniendo in capite
alterius possessionis Ioannis Petri Pauli de directo eun-
do ad caput possessionis Miliani Converque intrando in
viam in pede possessionis Ioanne Anchicti supra
cavam lapidum et transeundo viam quae venit a castis
Trevianu intret caput possessionis heredum Marinutii

Germanni et protendat per cryptam Sanctae Catarinae
ad caput clausurae Ioannis Oraldespet, et protendat ad posses-
sionem olim Pierantonii Antonii Magii a capite, et
vadat de directo per viam conductus usque ad possessio-
nem heredum Lucae Ioannis Ipemanae et vadat de directo
ad confinia antiqua, ubi est terminus antiquus dic-
tarum tenaitarum: et hic sit finis harum tenaita-
rum praesentium.

De immunditiis non faciendis in platea, nec in stratis publicis. R.o 54.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat
vel praesumat aliquam turpitudinem vel im-
munditiam proiicere nec ponere vel vegetes tene-
re ligna lapides vel alia impedimenta facere in
platea Communis nec in stratis dictae terrae publi-
cis et magis frequentatis: et maxime in via per
quam itur a platea Communis ad locum fratrum
minorum, sub poena decem solidorum denariorum
Communi Trevii applicandorum. Et hoc capitulum
Potestas teneatur banniri, et facere infra unum men-
sem post introitum sui officii.

De poena tenentium latrinas et alia red-
dentia fetorem circa plateam et alia
loca terrae Trevii. R.o 55.

Statuimus et ordinamus quod nemo debeat habe-
re latrinas sive necessaria iuxta plateam Commu-
nis Trevii propter quae redderetur fetor tran-
seuntibus et conversantibus in platea: quicumque
~~quando~~ habet chiassos cloacam vel necessarium
in terra Trevii qui, sive quod redderet fetorem alicui
Transeuntibus, et vicinis debeat ipsam, vel ipsum ita claudere, et aptare, quod non
reddat fetorem

(in calce ultim. pag. precedente)

persone sub poena XXV librarum denariorum Communi Trevii applicandorum. Et Potestas sive Iudex et ejus curia tam ex suo officio quam ad petitionem cujuscumque pretendentis interesse quolibet modo et qualitercumque procedere, inquirere, examinare et mandare teneatur et debeat illi habenti necessarium sive latrinas vel chiassum sive cloacam ex quibus procederet talis fetor, quod infra X dies debeat removere vel removeri facere talem fetorem et ejus causam quod vicini et alii transeuntes vel interesse pretendentes non recipiant fetorem sub dicta poena et Potestati et Iudici, et communis fuerit negligentibus pro dicta executioni mandare sit poena librarum XXV denariorum applicandorum Communi Trevii.

De poena retinentis vegetes, trabes, vel alia impedimenta subtus voltas Palatii Priorum et in platea Communis R.a 56.

Statuimus et ordinamus ad decorem et civile ornamentum plateæ Communis quod nulla persona cujuscumque conditionis et preheminentiæ existat audeat vel presumat aliquo quesito colore vel causa ponere nec retinere in platea Communis Trevii vel subtus voltas palatii Magnificorum dominorum Priorum dictæ terræ vegetes, trabes, ligna, calcinarum lapides lateres sive mactones vel aliquid aliud simile impedimentum facere nec aliquam immunditiam sive bructuram proiicere retinere, sive retineri facere, poena quadraginta solidorum denariorum pro qualibet et qualibet vice, qua contrafactum apparuerit: cujus poenæ quarta pars sit denuntiatoris secreti cum jura-

mento unius testis et ipsius denuntiatoris: alia quarta pars sit Officialis, et reliquum sit Comunis Trevii et nihilominus cuilibet liceat impune dictas vegetes trabes, lignum, calcinam, lapides, lateres, et similia, elapsis octo diebus a die inhibitionis in dictis locis portare, vastare, rumpere, auferre, et in sui usum et utilitatem convertere pro ut sibi placuerit omni tempore sine poena et damno: et hoc ad reprimendum audaciam illorum, qui se existimant aliquam contra eos, non posse aliquam noxiam inferre vel facere: et nihilominus Prior vel Potestas vel alius Officialis terrae Trevii non possint dare licentiam, et data non valeat ipso jure.

Quod viae intra terram Trevii et Pladiae mundentur
Rub. 57

Statuimus et ordinamus quod omnes viae terrae Trevii et Pladiae qualibet septimana vel saltim omni mense scopentur et emundentur per dominos patronos vel habitatores domorum et possessionum circumstantium juxta dictas vias stantes ad poenam XX solidorum denariorum pro vice qualibet et emundentur dictae viae semper in vigiliis festivitatum solemnium instanter ad dictam poenam, et quod Officialis extraordinariorum hoc fieri faciat ad poenam centum solidorum denariorum vice qualibet, qua contrafecerit Comuni Trevii applicandorum.

Quod viae aptentur per dominos et habitatores domorum Rub. 58.

Statuimus et ordinamus quod omnes viae dictae terrae et Pladiae aptentur per dominos et patronos vel habitatores domorum et possessionum circumstantium bene et

diligenter ita quod quilibet cum salmis et bestiis habiliter
et bene transire possit ad dictam poenam excepto quod
juxta portam ceci aptetur via expensis Communis Trevii
et quod praedictus officialis praedicta faciat fieri et obser-
vari ad requisitionem cujuscumque petentis de Trevio
et Cladia sub dicta poena centum solidorum denario-
rum Communi Trevii applicandorum de quibus de-
beat sindicari suo tempore sindicatus.

Quae viis extra terram Trevii aptentur per do-
minos et colonos possessionum. R.a 59.

Statuimus et ordinamus quod omnes viis extra terram
Trevii in quibuscumque vocabulis situatae similiter per
adiacentes et patronos et dominos atque colonos pos-
sessionum circumstantium debeant ad minus omni men-
se semel emendari et aptari ita quod quilibet cum
salmis et sine habiliter pertransire possit sub dicta
poena et praefatus Officialis extraordinariorum sub dicta
poena centum solidorum denariorum ad requisitionem
cujuscumque petentis de facto executionem faciat. Si quis
autem vias dicti Communis vel aliquam vicinalem vel
ipsarum partem occupaverit de facto poenam viginti
quinque librarum denariorum incurrat ab ipso quod
exigatur de facto per dictum Officialem et via in for-
mam pristinam reducatur. Et praefatus Officialis ex-
traordinariorum ad petitionem cujuscumque petentis exe-
cutionem faciat de praedictis, cognita veritate sub
dicta poena aliquibus aliis statutis vel statuto de praedicta
materia loquentibus non derogando.

De modo cavandi Flumina, et de eorum ma-
nutentione. R.a 60.

Statuimus et ordinamus quod Flumen Molendinorum Sportalla, Marrogia, Cathavena, et Rigucciamen caventur et aptentur ipsa et quodlibet ipsorum per totum Territorium Trevii, per Commune Trevii et homines Trevii quarumcumque baliarum prout ordinatum fuerit per ipsum Commune, et superstites eligendos caventur et aptentur, et qualibet balia teneatur partem suam dictorum fluminum manutenere et conservare ad poenam XXV librarum denariorum pro qualibet balia, si contrafecerit et quilibet de Trevio ad petitionem sui superstitis sive capitanei, sive caput decem prout fuerit ordinatum cavare et aptare debeat dum fuerit requisitus per bajulum vel baninsutum ad poenam viginti solidorum denariorum pro vice qualibet, et sub dictis poenis XXV librarum denariorum officialis dicti domini Potestatis, qui pro tempore fuerit ad petitionem dicti superstitis capitanei vel illius ad hoc deputati de facto executionem faciat de praedictis omni exceptione remota: et omnia alia flumina, alvioli, et formae nisi ordinata fuerint per Commune Trevii in generali Concilio dicti Communis, quod caventur et emundentur et conserventur per adjacentes ipsorum fluminum alvioli, et formae.

Quod ~~nova~~ via aptetur per Commune Trevii R.^o 61

Statuimus et ordinamus quod via nuova caveatur, aptetur, et conservetur per Commune Trevii quia magistra est, et etiam via, qua itur Spoletum usque Molendinum Beroiti et arbores Beroiti quia regalis et magistra est: et in dictis viis tempore quo aptantur quilibet suam partem facere teneatur sub dictis poenis XX solidorum

denariorum et sub dicta poena centum solidorum denariorum officialis predictus executionem faciat ad hoc deputatus.

De manutentione Pontium R.o 62.

Statuimus et ordinamus quod Commune Trevii teneatur et debeat facere fieri manutenere, et conservare suis expensis pontes fluminis novi molendinorum Marrogie, Sportelle, Catherane et Ripicciani: alios autem pontes faciant et conservent adjacentes ipsorum pontium: et etiam illa balia, que fecit pontem in dictis viis: et quelibet balia ad minus teneatur facere et conservare unum pontem in viis illis quas aptaverint cum dictis adiacentibus dictis pontibus sub poena X librarum denariorum pro qualibet balia, et XX solidos denariorum pro qualibet adjacente, et vice qualibet qua contrafecerint in non servando predicta de quibus prefatus Officialis ad dictam poenam executionem faciat.

Quod vie et fovee aptentur a strata infra versus flumen R.o 63.

Statuimus et ordinamus pro conservatione viarum dicti Communis Trevii quod a strata publica infra versus flumen quilibet habens possessionem vel laborator alicuius possessionis juxta aliquas vias teneatur et debeat poena XL solidorum denariorum cavare et cavari facere, aptare, conservare et manutenere foveam latitudinis in fundo quatuor pedum mensure ad minus ab omni latere dictarum viarum, et majorem partem terre proiicere super viam ad hoc ut conserventur vie predicte super quibus prefatus Officialis

diligenter examinationem ac executionem faciat ad pre-
dictam poenam XL librarum denariorum.

Quod laboratores terrarum cum vicinis te-
neantur facere foveas inter possessiones. R.o 64.

Statuimus et ordinamus pro conservatione terrarum et possessionum terre Brevii a strata infra qua itur Fulginium et pissignanum versus planitiem Brevii ubi opus fuerit quilibet laborator alicuius possessionis et petie terre teneatur et debeat facere circum circa possessionem suam insimul cum vicino suo laboratore qui ad infrascripta cogi possit, omnino si necessarias foveas latitudinis trium pedum manus impendo et profunditatis totidem ad hoc, ut aqua de dictis possessionibus et petiis terrarum exire possit, et cursum habeat per dictas foveas. Et predictus Officialis de facto ad poenam predictam ad petitionem cuiuscumque petentis executionem faciat de predictis poena XX solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice.

De arboribus prestantibus impedimentum domui, vel possessionibus R.o 65.

Statuimus et ordinamus quod si qua arbor prestaret impedimentum in domo alicuius vicini vel in possessione alicuius vicini qui propter dictum impedimentum suam possessionem habiliter laborare non possit vel supradictam domum vel possessionem rami vel frondes caderent que aquam per cuppos habiliter labi non permicterent ad requisitionem dicti vicini infra X dies post dictam requisitionem dictam arborem vel ramos ipsius dominus incidere teneatur, ita quod non prestet impedimentum. Et si infra dictum tempus et terminum X dierum non fecerit dominus dicte

arboris, liceat dicto vicino dictam arborem incidere pro suo libito voluntatis absque poena et banno vel emendatione aliqua. Si autem aliqua vitis arborem alicujus vicini occupaverit vel ascenderit vel apprehenderit, volumus quod dicta vitis sit domini dictae arboris in qua permanet et gubernatur: dominus autem vitis nullatenus contradicat, poena centum solidorum denariorum de facto auferendorum. Et si dominus dictae vitis eam inciserit puniatur ea poena, qua si vitem alicujus incidisset, videlicet poena centum solidorum denariorum sine diminutione aliqua et tantumdem compellatur dare domino dictae arboris pro incisione praedicta.

De poena facientis turpitudinem in fontibus vel cisternis. R.o 66.

Statuimus et ordinamus quod in fonte communis Brevii in platea, nec in aliis fontibus sive cisternis, sive puteis existentibus in Territorio Brevii nec in conductibus ipsius communis, et maxime in conductu per labitur aqua ad fontem plateae non possit per aliquam personam fieri vel poni, vel projici aliqua turpitudo vel lavari juxta per X pedes perticae ad poenam centum solidorum denariorum communi Brevii applicandorum. Et quod nulla persona ponat, vel immittat aliquod impedimentum, quo minus aqua labi possit habiliter per dictum conductum, nec ipsum vel ipsius muros vel partem ipsorum murorum rumpat vel aquam deveniat quin labatur per ut dictum. Et quod juxta dictum conductum nulla persona aliquam arborem plantet per X pedes, sub poena X librarum denariorum a contrafaciente auferendorum, et quilibet ipsam arborem incidere et evellere possit

absque poena et banno: et quod semper dictus conductus fonticella, fons plateae, cisternae plateae, et loci fratrum Sancti Francisci in expensis Comunis conserventur ad hoc ut dicta terra abundet aquis. Qui conductus et fonticella per manutentorem ipsorum ad minus semel in anno ac cisternae plateae et loci Sancti Francisci debeant ~~[illegible]~~ emundari. Fons autem plateae semel in hebdomada ad poenam centum solidorum denariorum vice qualibet. De quibus omnibus per dictum Officialem extraordinariorum fiat inquisitio diligenter, et repertos culpabiles puniri ad poenam ipsi Officiali X librarum denariorum huic tempore sindicatus.

De poena extrahentis bladum R.o 67.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscumque conditionis existat terrigena vel forensis audeat vel presumat extrahere nec portare nec extrahi et portari facere extra districtum Crevii aliquod genus grani, ordei, surci, speltae, panici, milii, fabis, seminis lini, canavitis vel alicujus alterius generis ~~[illegible]~~ bladi, et dominus teneatur pro famulo et pater pro filio, et filius pro patre, et frater pro fratre, possit tamen forensis sive terrigena transire per districtum Crevii cum dictis bladis, vel aliquo praedictorum per vias rectas: dummodo per litteras comunitatis ubi dictum granum vel bladum emerit fidem fecerit potestati, et Prioribus terrae Crevii quod dictum granum vel bladum emerit, in terra vel loco unde extrahit et portat per territorium Crevii, alias cadat in infrascriptam poenam. Et si qua persona terrigena vendiderit aliquod genus bladi

alicui forensi vel terrigenæ causa portandi extra distri-
ctum Trevii incidat in similem pœnam, tamquam si ex-
traxisset dictum bladum extra districtum Trevii: et nihilo-
minus talis terrigena vel Forensis, qui dictum bladum extra
districtum Trevii portaret emptum extra districtum Trevii
habeat et secum portet bulletam Potestatis et Priorum terræ
Trevii cum sigillo Potestatis et terræ Trevii: alias incidat in
pœnam infrascriptam. Si qua autem persona conduceret
in terram Trevii aliquod genus bladi et retenuerit in
dicta terra per spatium quinque dierum dictum bladum
de cætero non possit de dicta terra extrahere sub infra
scripta pœna, sed in dicta terra vendere possit et de-
beat pro pretio condecenti. Et ille intelligatur defrau-
dare et extrahere, qui exivit portam Trevii, et terram
Trevii sine licentia supradicta. Si quis autem contrafece-
rit in prædictis vel aliquo prædictorum perdat bestiam
oneratam et salmam, et incurrat ipso facto sine aliqua di-
minutione in pœnam vigintiquinque florenorum auri,
cujus pœnæ et pretii bestiarum, et salmæ, tertia pars
sit inventoris vel accusatoris, et reliquæ duæ partes sint
Communis Trevii: et quilibet possit capere, arrestare
denuntiare et accusare, et nomen accusatoris teneatur
in credentia: dummodo probetur per unum testem fide-
dignum: et Potestas et alii Officiales dicti Communis te-
neantur eidem inventori, arrestatori, denuntiatori
vel accusatori præstare auxilium consilium et favorem
sub pœna centum librarum denariorum Communi prædicto
applicandorum. Et si quis asseveret se ire ad molen-
dina Communis et fraudaret vel iret extra directam
viam eundi ad dicta Molendina, puniatur ac si fraudasset

que volumus intelligi esse expressa in quolibet capitulo presentis Statuti de grassia non extrahenda.

De poena retinentis capras. R.a 68.

Statuimus et ordinamus ut materia litigandi et jurgia et alia incommoda et inimicitiae que sequi de facili possent inter homines et personas terre Trevii amputentur propter damna immensa et innumerabilia, que quotidie inferuntur per capras, que contra debitum rationis et necessitatis in dicto districtu retinentur. Et ad declarandum certa statuta antiqua et ambigua posita in volumine Statutorum terre Trevii et c. Quod nulla persona tam terrigena quam forensis in posterum et hinc antea audeat vel presumat quovis quesito colore retinere vel retineri facere aliquam vel aliquas capras, ircum, vel ircos in territorio et districtu Trevii excepto a fonte Podii et conducto supra versus montes, et ubi sunt termini declarati, poena X solidorum denariorum pro qualibet capra vel irco, et vice qualibet qua contrafactum fuerit per dominum, et patronum, vel pastorem dictarum caprarum vel ircorum de facto solvendorum. Possit tamen quilibet in casu necessitatis prolactando puerum vel alio casu cum licentia domini Potestatis et officialis infrascripti habenda unam capram retinere ligatam et non aliter nec alio modo. Si quis autem vel aliqua cum dicta capra damnum dederit vel non ligatam retinuerit poena XL solidorum denariorum de facto solvere compellatur, et quarta pars poene ex inventoribus ipsius officialis ~~[illegible]~~ per ipsum quando officiali applicatur: et quilibet possit delinquentes denuntiare et accusare et habeat quartam partem poene. Potestas

autem et officialis ad petitionem cujuscumque petentis de
predictis executionem facere compellatur, et sit astrictus
poenam X librarum denariorum pro quolibet et vice
qualibet solvere teneantur si negligentes fuerint vel
remissi in exequendo statuta seu reformationes commu-
nis Brevii non obstantibus quibuscumque, que cassa,
suspensa, et irrita esse volumus et mandamus in par-
tibus jam expositis obstantia.

De poena retinentis porcos et damnum dan-
tis cum ipsis. R.o 69.

Statuimus et ordinamus hac lege in perpetuum va-
litura, quod nulla persona cujuscumque conditionis
existat tam terrigena quam forensis audeat vel
presumat retinere in territorio districtu Brevii
aliquem vel aliquos porcos vel porcas magnos vel par-
vos nisi unum vel duos ligatos ad plus, pro quolibet
foculari, quos unum vel duos tantum retinere de-
beat in domo propria vel conducta ligatos a Kalen-
dis maii usque ad festum omnium sanctorum.
Et si quis vel si qua persona contrafecerit in pluris
retinendo in dicto tempore vel non ligatos ut supra
incidat in poenam XX solidorum denariorum pro
quolibet et qualibet vice, qua repertus vel reperta
fuerit contrafaciens. Si quis autem cum dicto porco uno
vel duobus damnum dederit pro quolibet et quali-
bet vice XX solidos ~~[illegible]~~ denariorum solvere teneatur
et quilibet possit talem delinquentem et facientes con-
tra predicta accusare et denuntiare, et habeat quar-
tam partem pene vel banni. Et similiter officia-
lis qui ex sua industria delinquentes invenerit

vel dictos porcos damnum dederit vel damnum dare ceperint habeat quartam partem banni praedicti, et in casu quolibet damnum passo dominus porci vel porcorum emendare effectualiter compellatur poena dupli Officiali, qui in praedictis fuerit negligens vel remissus de facto auferenda sui temporis Syndicatus. Adjicientes quod mercatores tam terrigenae quam Forenses soliti et consueti possint per octo dies retinere mandriam porcorum in territorio Trevii absque poena et non ultra: dummodo mercatores forenses solvant Communi Trevii id quod solvunt forenses in territorio Trevii pasculantes secundum formam Statutorum Communis Trevii Statutis reformationibus et consuetudinibus non obstantibus quibuscumque quae quo ad praedicta omnia cassa sint suspensa irrita et inania.

De poena retinentis porcum in terra Trevii R.o 70.

Statuimus et ordinamus quod de caetero nulla persona cujuscumque qualitatis existat audeat vel praesumat retinere aliquem porcum vel porcam parvum aut magnum in terra Trevii nisi ligatum in domo, et si repertus fuerit aliquis porcus vel porca vel plures ire et conversari per dictam terram Officiales Potestatis et quilibet ipsorum teneantur cogere dominum porcorum, vel porci sive porche de facto ad solvendum Comuni Trevii solidos XX denariorum sine diminutione, et habeant quartam partem pene si in dicto Comuni perveniri fecerit, et quilibet possit accusare, et habeat quartam partem pene

predictis et teneatur nomen accusatoris secretum.

De poena prohicientis ingomboramentum prope muros Comunis. R.° 71.

Statuimus et ordinamus quod quecumque persona prohicerit aliquod ingomboramentum sive terracium prope muros Comunis infra possessionem domini Alberti (Alberto Ortega) Magistri Evangilistę et Ser Galeassi (Paulorii), Ser Iacobi (Mattei), et aliorum vicinorum sicut trahit a turri Antonii, sive turrioni Portolacus usque ad ortum Sancti Francisci puniatur in libris X denariorum pro quolibet et qualibet vice, cujus penę quarta pars sit Officialis executionem facientis, alia quarta denuntiatoris, et reliquum sit Comunis Trevii, et quilibet possit accusare et denuntiare, et credatur suo iuramento, et teneatur secretus cum uno teste.

Quod ordinetur Massarius custoditurus pignora et quod Officialis vel bajulus infra secundam diem consignet pignora. R.° 72.

Statuimus et ordinamus quod eligi debeat et ordinetur per Comune Trevii unus fidelis et unus Massarius qui habeat et habere debeat custodiam omnium pignorum acceptorum per Officiales Comunis Trevii, et per bajulos dicti Comunis cum illa mercede et salario declarando secundum capitula sibi facienda per dominos Priores dictę terrę, et quod teneatur custodire suo risico periculo et fortuna et salvare et ~~in~~ ad mandata Officialis ~~[illegible]~~ vendere pignora et restituere prout Officialis videbitur currentis esse: et alia facere ad quę ipse depositarius teneatur secundum normam et regulam sibi dandam ~~per~~ pro Comune pre-

dictum. Et Officiales seu bajuli capientes pignora quod-cumque et qualitercumque teneantur et debeant assignare actualiter cum effectu duos massarios eadem die quo acceperit vel secunda die dicta pignora accepta poena X librarum denariorum pro quolibet eorum, et pro quolibet pignore non assignato.

Quod salma vini vel musti intelligatur de portavecciá. R.a 73.

Statuimus et ordinamus de cetero et in posterum quotiens contigerit vinum seu mustum vendi in dicta terra Trevii vel ejus Comitatu: quod salma vini sive musti intelligatur ad salmam portaveccíam.

Quod mensura terrarum intelligatur ad mensuram Sancti Miliani R.a 74.

Statuimus et ordinamus quod quando contigerit in posterum terrenum aliquod quolibet vendi vel alienari ab aliquibus in terra Trevii vel ejus comitatu vel quod relinquere in testamento et fieret mentio de mensura quod intelligatur ad mensuram terrarum Castelli Sancti Miliani.

De poena mictentis canapam vel linum in aquis Comunis R.a 75.

Statuimus et ordinamus quod quicumque miserit canapam vel linum in aquis Comunis ubi dantur opere publice sive ex publico incidat in poenam librarum quinque denariorum, et Officialis executionem faciens habeat quartam partem poene.

De poena proicientis terrenum prope murus

Communis per decem pedes. R.o 76.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscum-
que conditionis existat audeat vel presumat proiice-
re terricium vel aliud ingomboramentum prope
muros terre Trevii vel ejus revellinus per X pedes
sub poena X librarum denariorum Communi Trevii
applicandorum: cujus pene sit quarta pars Officia-
lis executionem facientis.

De poena Molendinariorum Olivarum non
retinentium concios et Stangam. R.o 77.

Statuimus et ordinamus quod omnes et singuli Mo-
lendinarii Olivarum terre et comitatus Trevii
debeant retinere in eorum Molendinis et quoli-
bet loco duos concios tascarum magnum et par-
vum, et duas Stancas unam longam de septem pe-
dibus, pro ut antiquo tempore erat usitatum, et reti-
nere etiam cuppam sigillatam, et concurrentem re-
cipiant salarium: Et si quis in predictis vel aliquo
predictorum contrafecerit in poenam X librarum
denariorum pro quolibet et qualibet vice incur-
risse intelligatur exigendo de facto sine ali-
qua diminutione, cujus pene quarta pars sit Offi-
cialis executionem facientis, alia quarta sit accu-
satoris vel denuntiatoris, cujus juramento, cum uno
teste credatur, et quilibet possit accusare vel de-
nuntiare, et reliquum dicte pene sit Communis. Et
nihilominus Officialis possit procedere per inven-
tionem, et repertum culpabilem punire, et poena
predicta exigere tenereatur, ut supra, et quartam partem habeat
de dicta poena.

Quod moneta falsa possit frangi impune
R.o 78.

Statuimus et ordinamus quod cuilibet liceat sine poena et banno pro aliqua solutione sibi facienda incidere, rumpere et devastare omnem monetam falsam sibi delatam portatam vel numeratam expensis et damno illius, qui dictam monetam falsam ~~[illegible]~~ solvere vellet non obstantibus quibuscumque.

Quod laborator terrarum forensium pro cunctis forensibus solvat dativam R. 79.

Statuimus et ordinamus quod de caetero laboratores terrarum forensium teneantur et cogi possint ad solvendum dativam illius possessionis, quam ipse laborat si principalis non solverit.

De forma pedum perticae sive cannae et manus. R.o 80.

Statuimus et ordinamus quod ad sumpta varietate jam orta inter agrimensores Terrae Trevii occasione pedis cannae, et R. ad omnem materiam scandali evitandam pedes cannae communis, et manus posita et ordinata juxta hostium cameraegranariae communis Trevii subtus palatium communis residentiae domini Potestatis in platea communis de ferro sint et intelligantur justi pedes mensurae perticae sive cannae et manus, et illa mensura firmis pedes perticae et manus perpetuo observentur.

De poena extrahentis granum vel grassiam R.o 81.

— 19 —

Statuimus et ordinamus adjicientes alii Statuto posito in presenti libro Statutorum sub Rubrica de poena extrahentis bladum et c, quod si qua persona cujuscumque conditionis et preheminentie sit de terra Trevii et ejus comitatu reperta fuerit in aliqua civitate terra vel loco extra comitatum Trevii habere granum causa vendendi vel quod vendiderit vel dixerit se velle vendere vel dixerit se mutuasse vel mutuare velle vel cambiare vel si qua persona de Trevio vel ejus Districtu inventa fuerit prope confines terre Trevii et dirigebat seu dirigere iter preparabat versus locum prohibitum cum grano vel farina vel aliis de quibus fit mentio in dicto Statuto: ex quo propter locum tempus et qualitatem persone habere dictum granum et alia ut supra veresimiliter portaturus esset granum vel farinam vel alia predicta extra territorium Trevii vel esset in actu et procinctu extrahendi et portandi ut supra extra dictum Territorium quod intelligatur et presumatur velle extrahere dictam grasciam grani vel farine vel aliarum rerum predictarum et incidisse intelligatur in poenam in dicto Statuto appositam, et credatur inventori cum juramento unius testis: et ultra hoc quilibet possit accusare vel denuntiare, et credatur ei cum juramento unius testis, et ejus nomen teneatur secretum, et habeat tertiam partem pene secundum formam dicti Statuti, et tertiam partem habeat Officialis executionem faciens, et aliam tertiam partem Communi Trevii solvat. Et nihilominus liceat cuilibet de

Trevisii et ejus habitatori et omnibus Officialibus dictæ terræ si invenirent aliquem extrahentem dictum granum farinam vel grassiam eorum vel ejus propria autoritate apprehendere, capere, et ducere ad curiam Potestatis impune, nisi ille portans vel extrahens ostenderit licentiam dominorum Priorum in scriptis manu Cancellarii et cum sigillo Communis Trevii, et si aliter apparuerit incidat in dictam poenam talis delinquens, et dictus inventor et ducens ut supra habeat et habere intelligatur tam terrigena, quam Officialis tertiam partem poenæ et rerum amissarum sine diminutione aliquibus in contrarium facientibus non obstantibus.

De amplitudine viarum et stratarum, et earum latitudine R.º 82.

Statuimus et ordinamus quod omnes et singulæ stratæ regales comitatus et territorii Trevii sint et esse debeant ad minus amplitudinis quinque pedum perticæ ad pedem perticæ Communis Trevii. Si vero communales sint et esse debeant ad minus latitudinis trium pedum perticæ prædictæ. Et viæ vicinales esse debeant ad minus amplitudinis duorum pedum perticæ prædictæ. Et si in aliquo loco dicti territorii reperirentur aliquæ stratæ, viæ communales vel vicinales esse majoris amplitudinis et latitudinis, quam dictum sit supra debeant in eam et eadem amplitudine manuteneri et conservari, nec possint modo aliquo restringi vel occupari ad poenam in aliis Statutis de similibus loquentibus contentam.

Quod nulla persona possit gravari nisi fuerit per bajulum citata vel per Officialem monita R.º 83

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Trevio vel ejus Districtu possit modo aliquo gravari et multari ab aliquo officiali Communis Trevii pro quacumque causa civili criminali vel mixta pecunia tantum nisi primo fuerit citatus per bajulum vel monitus ab ipso Officiale vel alitro contumax esset secundum formam Statutorum Trevii poena X librarum denariorum cuilibet contrafacienti; Et si bajulus renuerit citare vel in mendacio repertus fuerit incidat in dictam poenam: cujus quarta pars sit Officialis executionem facientis, et reliquum Communi Trevii applicetur, et talis gravatus restituatur et reponatur indamnis et omnino sine damno.

Quod debentibus recipere a Comuni non currat quartum. R.o 84.

Statuimus et ordinamus quod debentibus aliquid recipere a Communi non currat quartum et minus executio in dativis, et aliis debitis exigendis pro Communi Trevii.

Quod omnes de Trevio possint emere domos in castris Territorii Trevii. R.o 85.

Statuimus et ordinamus quod omnes de Trevio possint impune emere domos in quolibet castro Communitatis Trevii et vendens et emens non incidant in aliquam poenam, et talis venditio et emptio ipso jure valeat et teneat, non obstantibus quibuscumque.

De poena Tabernarii non claudentis hostium taberne de nocte, et receptantis ludum R.o 86.

Statuimus et ordinamus quod quilibet Tabernarius

et quilibet vendens vinum ad minutum teneatur et debeat claudere tabernam ab una hora noctis postea, et nullus possit in dicta taberna sive loco de die nec de nocte ludere ad aliquem ludum vetitum ex forma Statutorum Trevisii nisi ad merrarum: poena dicto tabernario non claudenti hostium X solidorum denariorum pro qualibet vice: et si receptaverit ludum poena in dictis Statutis loquentibus de poena receptantis ludentes contenta.

De poena receptantis Everbanum de nocte in taberna vel hospitio. N.o 87.

Statuimus et ordinamus quod nullus de terra Trevisii vel ejus comitatu sive habitator dictae terrae vel ejus comitatus valeat sive possit stare nec moram trahere in aliqua taberna seu hospitio dictae terrae ultra duas horas noctis, poena X librarum denariorum tam hospitatori, quam hospitanti, et tam receptanti quam receptato.

De poena concedentis proventus Comunis vel apotecas debitoribus Comunis. N.o 88.

Statuimus et ordinamus, quod nulli debitori Comunis Trevisii in magna vel minima quantitate denariorum possit vendi vel locari per Rectores terrae Trevisii aliquis proventus dicti Comunis, nec aliqua apoteca dicti Comunis, sub poena XX librarum denariorum Prioribus si concesserint et Cancellario si contrascripserit. et nihilominus si contrafactum fuerit sit ipso jure nullum et alteri procedentibus banimentis concedatur.

Quod qui conduxerit proventus vel apotecas

Communis debeat fidejubere R.° 89.

Statuimus et ordinamus quod quilibet qui emerit vel conduxerit proventus vel apotecas Communis Trevii ad pensionem teneatur et debeat ydoneum praestare fidejussorem sub poena XX librarum denariorum si contrafecerit: et nihilominus possit alii vendi vel locari donec non praestiterit dictum fidejussorem.

Quod omnes forenses possint libere emere et vendere in dies fori R.° 90.

Statuimus et ordinamus quod omnes dies fori sint liberi: et omnes forenses possint impune emere et vendere tempore eis permisso, secundum formam statutorum Communis Trevii.

Contra frangentes et occupantes ripas fluminis et quod Priores non possint licentiam concedere R.° 91.

Statuimus et ordinamus quod quecumque persona ripas cujuscumque fluminis Communis Trevii apprehenderit vel ruperit vel occupaverit clam vel palam incidat ipso facto in poenam XXV librarum denariorum pro qualibet et qualibet vice: et Priores protempore existentes non possint dare licentiam rumpendi apprehendendi vel occupandi sub dicta poena pro quolibet priore: et nihilominus data non valeat et ipso jure sit nulla: salvo et reservato quando foret necessarium in adventu alicujus superioris vel alicujus evidentissimae utilitatis dicti Communis tunc et eo casu dumtaxat possint dare dictam licentiam et debeat apparere manu Cancellarii de causa evidentissima dicte licentie et non aliter valeat et quilibet possit accusare et denuntiare, et credatur

juramento denuntiatoris vel accusatoris cum uno teste vel aliis praesumptionibus indiciis prout ~~praesenti~~ Potestati vel Judici vel Officiali videbitur pro veritate experienda, et teneatur ejus nomen secretum, et habeat quartam partem poenae, et Potestas et ejus Officiales teneantur inquirere, procedere et punire et poenam exigere et habeant quartam partem poenae et residuum sit Communis Eporediae.

De poena non projicientis lutum in ripam fluminum quando quis fouerit partem suam. R.o 92.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona, cujuscumque conditionis existat faciens et facere debens partem cavationis tam in fluminibus aquarum viae, quam in quibuscumque aliis fluminibus dictae terrae audeat vel praesumat projicere terram sive lutum nisi solum et duntaxat in ripa ipsius fluminis in quo partem cavationis fecerat pro se vel pro aliis poena XL solidorum denariorum pro qualibet et qualibet vice: cujus poenae quarta pars sit Officialis executionem facientis, et alia quarta sit denuntiatoris. Et Potestas et sui Officiales debeant procedere tam ex Officio, quam ad instantiam cujuscumque alterius ejus officium implorantis, non obstantibus quibuscumque.

Quod habentes terrenum juxta Marbrogiam teneantur facere fossam quatuor pedum. R.o 93.

Statuimus et ordinamus quod quaelibet persona habens terrenum a quocumque latere fluminis

Marrogiis juxta ipsam Marrogiam teneatur et debeat facere foveam quatuor gipponum vanghe latitudinis quatuor sedium manus quolibet anno, et terrenum illud sive terram in ripam dicti fluminis proiicere pro manutentione et fortificatione ripe dicte Marrogie, et laborator terreni teneatur pro domino et quilibet contrafaciens incidat in poenam unius floreni: et Capitaneus contrate teneatur predicta facere et fieri facere in sua contrata ~~prout~~ et prout ipsa contrata trahit sub poena duorum florenorum pro quolibet contrafaciente infra mensem Junii pro quolibet anno. Et possit dari in expensam expense inobedientis, pars illius qui non obedivit capitaneo et quilibet teneatur obedire capitaneo sub dicta poena, cujus tertia pars sit Officialis facientis executionem, alia tertia sit Capitanei, et reliqua sit Comunis Brevii

Quod nulli liceat siccare flumen sine licentia dominorum Priorum R.o 94.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cujuscumque conditionis existat audeat vel presumat siccare vel siccari facere aliquod flumen Comunis Brevii sine expressa licentia Magnificorum Dominorum Priorum dicte terre sub poena XXV florenorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.

Quod Officiales mittant copiam ad Cameram de omnibus inventionibus, accusis et denuntiis R.o 95.

Statuimus et ordinamus quod Potestas, Judex, socius, miles, et Officiales Maleficiorum et extraor-

dinariorum, et damnorum datorum servantur
et debeant mittere copiam omnium inventio-
num per eos factarum super extraordinariis, et
damnis datis ad Cameram Communis Trevii, sicut de
maleficiis servatur: et accusationum denuntiationum
tamen quibuscumque delictis et excessibus, de ludo,
blasphemia, fraude, granis et grassiis portationes armo-
rum et de quocumque alio simili delicto, de
quibus procedi possit et puniri per viam inven-
tionis denuntiationis et accusationis, accusatoris vel
denuntiatoris secreti, infra secundam diem a die
facta inventionis denuntiationis et accusationis
secretae et quod in tali inventione accusatione
vel denuntiatione debeat contineri tempus com-
missi delicti, et locus specifice delicti sine nomi-
ne quando proceditur per viam denuntiae secre-
tae. Quando vero proceditur alter tunc copiam de-
beant nomen inventoris accusatoris vel de-
nuntiatoris locus tempus et delictum ad hoc ut
reus possit se tueri et facere suas defensiones sub
poena X librarum denariorum, et si dicta for-
ma non esset servata non possit aliquis vexa-
ri in palatio nec in persona vel rebus mole-
stari sub dicta poena: et tamen quod factum
erit contra dictam formam non valeat.

Quod nullus de curia Potestatis esse ac-
cusator vel denuntiator secretus R.o 96.

Statuimus et ordinamus quod nullus de curia
Potestatis Trevii possit esse accusator vel de-
nuntiator secretus in quibuscumque delictis

ad finem lucrandi quartam partem pene illius delicti concessam accusatori vel denuntiatori secreto vel non secreto.

Quod nomen accusatoris secreti debeat manifestari Camerario Communis. R.º 97.

Statuimus et ordinamus quod si quis fuerit accusator vel denuntiator pro accusatorem vel denuntiatorem secretum in Curia Potestatis Trevii: nomen illius accusatoris vel denuntiatoris debeat dicta curia pandere Camerario Communis Trevii vel Officiali Montis vel antepositio priorum dictorum alias molestari non possit talis accusator vel denuntiator donec non erit patefactum nomen accusatoris vel denuntiatoris ut supra.

Quod pars tangens Officiali debeat solvi a Camerario et non ab accusato R.º 98.

Statuimus et ordinamus quod Potestas, Iudex, et ceteri Officiales Curiae Potestatis Trevii non possint cogere nec molestare aliquem accusatum vel denuntiatum pro aliquo delicto ad solvendum sibi partem tangentem vel partem accusatoris nisi primo tota poena pervenerit ad manus Camerarii a quo recipere debeant officiales et accusator partem eis tangentem et non aliter sub poena XX librarum denariorum de facto applicandarum Camerae Communis Trevii: et credatur iuramento illius a quo exigerit dictam poenam

vel partem usque in solidis XX denariorum. ab in-
de vero supra cum suo juramento et cum juramen-
to unius testis.

De poena Beccharii retinentis castratos ultra numerum sibi concessum. R.a 99.

Statuimus et ordinamus quod nullus beccharius
faciens beccariam sive macellum valeat retinere
in Trevio vel ejus comitatu castratos et pecudes
et oves ultra numerum sibi concessum per Co-
mune Trevii poena pro qualibet ipsorum et
qualibet vice ultra dictum numerum soli-
dorum X denariorum Comuni Trevii applicando-
rum.

De poena euntis ad macinandum extra territorium Trevii. R.a 100.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de Trevio
cujuscumque conditionis existat vel habitans in Tre-
vio sive ejus territorio audeat portare vel extrahe-
re sive portari vel extrahi facere granum vel aliud
genus bladi extra territorium Trevii causa maci-
nandi vel ad macinandum alibi poena ammissionis
grani vel bladi pro dimidia applicanda Comuni
Trevii et pro alia inventori sive denuntiatori. Et
cuilibet liceat reducere ad Trevium et habeat di-
ctam partem, et sub poena in aliis statutis et re-
formationibus. De poena extrahentis granum vel
grassiam contentae salvo si habuerit licentiam a
dominis Prioribus terrae Trevii cum bullettino ma-
nu cancellarii, et cum sigillo dicti Comunis vel
dictorum Priorum.

Quod idem jus servetur viciniis in extrahation-

grani recollecti in Territorio Trevii quod ser-
vatur Trebanis in eorum loco R.o 101.

Statuimus et ordinamus quod si quis Forensis Convicinus vel-
let extrahere granum recollectum in territorio Trevii, et
portare extra territorium Trevii si servatur illud jus, quod
servatur in illo loco Trebano, qui vellet exportare granum
vel aliud simile recollectum in loco convicinii ad Trevium
vel ejus Territorium.

Quod Priores possint dare licentiam vendendi
vinum ad minutum. R.o 102.

Statuimus et ordinamus cum soleant interdum Potestas et
ejus Officiales recusare, ponere sigillum in bulletta licentiae
vini vendendi sine mercede sigilli: quod tunc domini Prio-
res terrae Trevii possint vendere volentibus dare licentiam ven-
dendi vinum sine bulletta sigillo Potestatis sigillata: et data
valeat.

De poena Priorum fraudantium Comune, et de
poena non observantis statuta R.o 103.

Statuimus et ordinamus quod omnes Priores praesentes et fu-
turi teneantur ad observantiam omnium statutorum et re-
formationum terrae Trevii sub poena in dictis statutis et
reformationibus contenta et ultra illam poenam in poenam
librarum L. denariorum incurrant pro quolibet ipsorum et
qualibet vice qua contrafecerint: et si eorum culpa et ne-
gligentia fuerit comune Trevii damnificatum teneantur ad
restitutionem in duplum in dicto Comuni, et quilibet possit
accusare et denuntiare et credatur ejus juramento cum uno
teste sive cum alia semiplena probatione quacumque vel per
aliquam scripturam repertam contra eum factam in comuni
et habeat quartam partem poenae praedictae, et Officiales habeat

aliam quartam partem ~~pena~~ de omni eo quod in Comuni per-
venire fecerit. Et Potestas et quilibet Officialis Superius
teneantur procedere per inquisitionem et per accusam et
denuntiam et ad requisitionem cujuslibet de Popolo Bre-
vii sub poena L. librarum denariorum dicto Comuni ap-
plicandorum si contrafecerint.

Quod Sindicus Comunis possit facere pa-cem pro forensi offenso absente cum con-sensu Priorum. R.o 104.

Statuimus et ordinamus quod Sindicus Comunis Brevii possit
et valeat cum consensu et voluntate dominorum Priorum
terrae Brevii facere pacem nomine cujuscumque forensis of-
fensi absentis a terra Brevii et ejus comitatu non de
proximo rediture de omni offensa facta per quamcum-
que personam de terra Brevii contra dictum forensem.

De poena Cancellarii Portanarii turristae et bajulorum non parentium Prioribus R.o 105.

Statuimus et ordinamus quod Portannarius Portae laci turri-
stae plateae bajuli et Cancellarius teneantur ire ad man-
data Magnificorum dominorum Priorum terrae Brevii
pro negotiis Comunis extra terram et comitatum Brevii
quod necesse videbitur praefatis dominis Prioribus nisi ju-
stum habuerint impedimentum et causam haberent ho-
nestam poena cuilibet praedictorum contrafacienti et
renuenti parere ~~parere~~ dictis dominis Prioribus solidorum
XX denariorum pro qualibet vice et a Comuni habeant
expensas necessarias pro eorum victu.

Quod Officialis habeat quartam partem penarum in extraordinariis R.o 106.

Statuimus et ordinamus quod quilibet Officialis

Potestatis habeat et habere debeat a Camerario Communis Trevii quartam partem penarum Dilicet de omni et ex toto quod in Communi pervenire fecerit cum effectu, videlicet ad manus Camerarii de inventionibus denuntiis extraordinariis non obstantibus quibuscumque.

Quod fiat inventarium in turri Matidie, Sancti Joannis, Fabri, in palatio et in artigliaria. R.o 107.

Statuimus et ordinamus pro majori custodia turris Matidie et turris Sancti Joannis et turris Fabri et pro conservatione rerum existentium in palatio et in munitione Artigliarie, quod Priores pro tempore existentes et Sindicus Communis Trevii teneantur facere et fieri facere inventarium omnium rerum existentium in dictis turribus in principio officii Castellani ipsorum locorum. et simili modo de rebus palatii Communis in introitu cuilibet prioratus. et simili modo de rebus Artiglierie Communis de sex mensibus in sex mensibus sub poena XXV librarum denariorum pro quolibet contrafaciente. Et finito tempore ipsorum Officialium ipsi officiales mediante dicto Sindico Communis restituere debeant suo successori. et si integre non restituerent teneantur ad duplum damni et interesse Communis poena Prioribus et Sindico XXV librarum denariorum si ipso dicta executioni non mandaverint.

Quod indultum super electione Collateralis Potestatis valeat et non possit tolli nisi per Pontificem. R.o 108.

Statuimus et ordinamus quod indultum concessum a Summo Pontifice circa electionem Collateralis Potestatis de-

beat adunquem et in sua specifica forma observari nec salarium constitutum in ipso indulto minui nec augeri possit directe vel indirecte vel alio quaesito colore, et quicquid contra ipsum et contra ipsam formam datam in dicto indulto fieri vellet non possit statim ordinari vel reformari nisi de expressa licentia et voluntate Summi Pontificis, et quod contra illum sive illam factum fuerit non valeat nec teneat, et consuetudo vel stilus induci non possit et inducenda sive inducendus non teneat ipso jure.

De modo et forma vendendi legumina et cerasia R.º 109.

Statuimus et ordinamus quod de cetero in venditione infrascriptarum rerum talis forma servetur, videlicet quando vendens fasiolos, cicera, et alia legumina ac milium et panicum, cerasias et visinos sive cerasias et visina teneatur et debeat vendere cum sextellas et mensura instar et similitudinem mensurae Fulginatensis et adequetur dicta mensura mensurae dictae Civitatis Fulginii, et sit sigillata sigillo Communis Fulginii Et quilibet persona vendens et vendere volens dicta legumina et alia supra nominata singula singulis congrue referendo debeat habere dictam sextellam aequatam et sigillatam ut supra et mensurare de qualibet genere leguminum praedictorum et milii et panici teneatur cuilibet petenti et vendere sextellas tres pro pretio unius bolini. Item de cerasiis et visiniis et his similibus unam sextellam pro pretio sex denariorum et non ultra: poena cuilibet contrafacienti et qualibet vice X. Solidorum denariorum in singulis casibus praedictis

cujus pene medietas sit Officialis executionem facien-
tis reliqua autem Comunis Trevii. Et Officialis possit
procedere per inventionem accusationem et denuntiam vel
querelam et per inquisitionem et omni alio meliori modo
quo melius de jure fieri potest.

Quod Officialis habeat quartam partem extraordinariorum R.o 110.

Statuimus et ordinamus ad hoc ut Officiales sint magis sollicito
ad exercendum officio quod de cætero de omnibus et singulis extra-
ordinariis ex quibus pene aliquæ pervenient ad manus Camerarii
ipsis mediantibus habeant quartam partem totius quod in co-
mune pervenire fecerunt ut supra iterum diximus. hoc ta-
men addito quod gratiam quemfacit Concilium dicti de ali-
qua pena, dicti Officiales et ipsorum quilibet debeant
habere ratam gratam et firmam et contravenire non de-
beant aliquo quesito colore vel causa et si aliter facerent nec
audiant immo teneantur ad restitutionem in duplum.

De pena vendentis vinum forensibus cum barilibus non sigillatis R.o 111.

Statuimus et ordinamus quod nemo de Trevio et ejus comi-
tatu audeat vel presumat vinum sive mustum forensi-
bus vendere nisi eorum barilia essent adjustata et cum
sigillo Comunis Trevii sigillata, pena vendenti quin-
que librarum denariorum pro qualibet et qualibet vice: et Offi-
cialis habeat quartam partem pene quam fecerit di-
cta causa in comune pervenire, et in eandem penam
incidant ~~emptores~~ forenses ementes vinum vel mustum
cum barilibus non sigillatis ut supra.

Quod emptores Gabelle sigillorum debeant adjustare Barilia R.o 112.

Statuimus et ordinamus quod emptores gabellarum sigillorum Comunis Trevii teneantur et debeant barilla forensium sciagumare cuius capacitatis sint et de inde sigillare sigillo Comunis in quo sigillo sit sculta barocchia et stampa Gabellarii et designare in eis cuius capacitatis sint per caracteres et signum ignis ita et taliter quod omnibus evidenter appareat: de quibus omnibus accipere possit denarios XII et non ultra sub poena librarum quinque denariorum dicto gabellario vel alteri pro eo sigillanti predicta, et quodlibet predictorum non observanti: cuius pene quarta pars sit accusatoris, alia quarta pars sit Officialis facientis executionem: et residuum sit Comunis Trevii: et nihilominus si ultra acceperit dictus Gabellarius indebitum restituat: et Potestas teneatur officium suum impartire cuilibet petenti sub poena X librarum denariorum Comunis Trevii applicandorum. Et ut Gabellarius vigilanter existat, ne forenses emant mustum vel vinum cum barilibus non adjustatis et sigillatis ut supra volumus quod quarta pars dicte pene librarum quinque denariorum sit ipsius Gabellarii et tam emens quam vendens incidant in dictam poenam si non sint sciagumati et sigillati ut supra; et hoc intelligimus quando ex industria ipsius Gabellarii fuisset repertus emens vel vendens quod tunc habeat dictam quartam partem pene. Item volumus quod Gabellarius incidat in dictam poenam si iusta non sigillaverit et sciagumaverit sive adjustaverit, applicandam ut supra.

De poena Trebanorum recedentium ab officiis, et intrantium in Trevium ultra numerum

sex peditum R.o 113.

Statuimus et ordinamus ad tollendum omnem materiam scandali quod oriri posset in futurum occasione illorum qui cum ab officio redeunt cum honoribus et insignibus eis donatis in loco ubi officium exercuerunt cum maxima comitativa peditum et equitum praeter inordinatum modum numerum et formam in terram Trevii intrant. Quod de cetero nullus de Trevio vel ejus districtu qui fuisset rector alicujus Civitatis terrae vel loci cujuscumque conditionis existat audeat vel praesumat ingredi in terram Trevii cum comitativa, insignibus et honoribus sibi elargitis pro bono regimine officii gesti in loco ubi exercuit officium ultra numerum sex peditum tantum in sua societate et comitativa: equitum vero prout sibi placuerit societur commentio: ad quorum numerum respectus non habeatur. Si quis vero in sua societate et comitativa in dicto tempore conduxerit intus terram Trevii ultra dictos sex pedites incidat ipso facto in poenam quinquaginta ducatorum auri applicandorum pro dimidia Camerę Apostolicę et pro alia dimidia Comuni Trevii. Ille vero qui associaverit et venerit in dicta comitativa ultra dictum numerum dumtaxat peditum ad sociandum talem olim potestatem vel rectorem praefatum incidat in poenam decem ducatorum auri pro quolibet applicandorum pro dimidia Camerę Apostolicę et pro alia dimidia Comuni Trevii.

De poena facientis turpitudinem in statutis et de poena Potestatis non facientis executionem R.a 114.

Statuimus et ordinamus quia in statutis veteribus notorie etiam in loco ubi Officiales habent interesse cassaturae et rasurae

et multe immunditie olei et aliarum turpitudinum picturarum apparent volentes huic morbo quantum fieri potest providere pro futuro tempore. Quod nulla persona cujuscumque conditionis existat audeat vel presumat facere aliquam immunditiam, turpitudinem, picturam, scripturam, glosam vel aliud signum in statutis sive in margine ipsorum statutorum vel in aliis locis cartis scriptis vel non scriptis vel bacteis dictorum statutorum propter que etiam aliqua parva lesio vel vituperatio resultaret oculis hominum sub poena et ad poenam librarum quinquaginta denariorum sine aliqua diminutione applicandarum Comuni Trevisii pro qualibet capatura asseua immunditia vel turpitudine scriptura glosatura

× signo vel pictura et qualibet vice et qualibet contrafaciente. Et quia hujusmodi statuta sunt quasi de continuo in palatio Potestatis sub custodia ipsius Potestatis et ejus curie et sepe contingit quod Potestas in palatio retinet juveniles personas et in ejus officio: et ut dicta statuta illesa facilius preserventur volumus quod Potestas teneatur et debeat curam habere et advertere quod si viderit contrafactum esse in aliquo predictorum ex suo officio faciat inquisitionem contra delinquentem et de hujusmodi diligentia in actis sue curie apparere faciat, et repertum culpabilem punire; et si talem diligentiam in actis non adhibuerit presumatur factum esse aliquem ex sua familia pro quo in quolibet casu predictorum ipse Potestas teneatur. Et tempore sindicatus sindici Potestatis inquirant contra Potestatem et repertum culpabilem punire et condemnare in dicta poena teneantur: et quilibet possit accusare et denuntiare et

cum juramento credatur si notorie delictum apparebit alias cum uno teste, et ejus nomen teneatur secretum. Quam propter dominus Potestas caveat et advertat ad predonem cum extra palatium extrahere permictit, et si Sindici in predictis negligentes extiterint incidant in eamdem poenam, et quilibet possit agere contra Sindicos post finem eorum officii ad exactionem pene et habeat medietatem pene. Et predicta et quodlibet predictorum habeant locum et in Statutis existentibus in palatio dominorum Priorum contra Priores pro tempore existentes et Cancellerium per signum manus et litteras ponendas in margine hujus Statuti tantum. Attamen non intelligatur factum contra formam presentis Statuti tantum sed potius ad observantiam et ad excitandum Potestatem ut vigilans sit.

Infrascripta sunt Statuta loquentia super Duana et pedagio R.o 11 S.

In primis quidem Statuimus et ordinamus et hac presenti lege firmamus quod facientes fornacem calcine in territorio Erevii teneantur et debeant solvere Duanerio seu cultori Duane pro duana dicte fornacis libras denariorum tres, et pro fornace cupporum sive mactonorum pro qualibet cocta solidos XX denariorum. Et quod predicti facientes dictas fornaces calcine, seu cupporum et laterum de dicta calcina cuppis et mactonis non possint vendere alicui forensi nisi primo solverit ipse forensis dicto Duanerio seu cultori dicte Duane pro modo et ordine infrascripto: videlicet pro qualibet salma calcine denarios duos: pro qualibet salma cupporum seu mactonorum denarios duos ad poenam XXV librarum denariorum

Et ad similem poenam vendentes salinam (teneantur), seu cuppos seu mattones, et permittentes portare forensibus sine solutione praedictae duanae, et quilibet possit ipsos accusare et denuntiare, et habeat quartam partem poenae.

Item quod quilibet tam terrigena quam forensis volens extrahere extra territorium Trevi res et salmas infrascriptas teneantur ...... ad dictam poenam XXV. librarum denariorum solvere dicto cultori sive extimatori dictae duanae modo infrascripto videlicet: pro qualibet salma saffarani .... librarum tres denariorum: pro qualibet libra denarios quatuor, pro quolibet centenario nucorum, amigdalarum, ficuum, denarios XII et sic pro quolibet corio bovino, cavallino, seu grosso denariorum XII. pro qualibet salma agnorum, coriorum, sive pellium solidos quinque denariorum; ab inde vero infra pro qualibet pelle denarios tres pro qualibet salma vini, sive musti denarios quatuor ultra

- -

- -

- -

- -

- -

Item addendo mutando et melius reformando statuimus et ordinamus quod solvatur dicto cultori duanae, prout infrascriptis salmis et ponderibus et numeris, hoc modo: infrascriptis, videlicet in primis. amigdalarum in testa siccarum pro duana solidos duos. Alleorum pro salma solidum unum. Assuminis sive assugnae et segi pro salma solidos X. et si non esset salma pro rata. Corii arimalis magni pro quolibet denarios XV. Croci pro qualibet libra denarios X

Ceparum Croci pro salma solidos duos. Cianciae pro salma denarios
XV. Canapetiis pro salma bolos octo, ac si minus esset pro rata. Ficuum
et aliorum fructuum pro salma bolum unum. Fogliarum pro salma
bajoccum unum. Lanae sive exceptis lanis transeuntibus per passum et
transitum pro salma bolos octo, et si non esset salma pro rata.
Lanae nostratae pro salma bolos quatuor: et si minus esset pro rata.
Lignorum si illa extraheret forensis pro salma denarios sex, et si foren-
sis non solverit obligatur terrigena vendens illa. Nucleorum de amig-
dalis pro centenario bolum unum. Olei pro caldarello bolum unum;
Ovorum pro centenario denarios XV. Pellium cum pilis et lana pro
salma bolos quatuor. Pellis castrati vel pecudis pro qualibet de-
narium unum. Pellium edorum et agnorum si non esset salma pro
decina denarios sex, et ab inde infra denarium unum pro pelle. Pul-
lorum et par pipionum pro pari denarios sex. Palumbini . . . . .
salma bolum unum. Scalognarum pro salma . . . .
. . . pro cuppa denarios sex. Tabularum et alia species lignaminis
laborati pro salma denarios sex . . . . usque ad quatragintaocto pi-
ctos pro salma bolos duos, et si plus aut minus esset pro rata.
Item statuimus et ordinamus quod hominibus Trebanis et Fo-
rensibus liceat extrahere omne genus rerum pro ipsorum usu
absque solutione aliqua gabellae, in aliis vero rebus serventur sta-
tuta, et quando aliqua oriretur dubitatio stetur declarationi do-
mini Potestatis et Dominorum Priorum terrae Trevii pro tempore
existentium, et si de aliqua parte praedictorum fieret mentio et es-
set declarata a statuto servetur statutum et non tabula.

De poena extrahentis cianciam R.a 116.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona possit extrahere cian-
ciam de territorio Trevii et extra territorium portare ad ven-
dendum, sed teneatur vendere Trebano indigenti pro justo pretio
et sine fraude, emptoris ~~et portatoris~~ et venditoris. Et si hoc non reperiretur

venditor possit extrahere, et solvat bolum unum pro qualibet
cerca ciancie duaneriis castelli, et cum bulettino ~~una~~ prior
manu cancellarie et sigillo Comunis Brevii, et si contrafecerit
incidat in poenam X librarum denariorum, et officialis habeat
quartam partem, et similiter accusator et denunciator secre-
tus cui credatur cum uno teste jurato.

Ordinamenta ponderum et Stateriae Comunis
R.a 117.

Statuimus et ordinamus quod stateriae et pondera Comunis in-
coptimentur sono tube premisso plus offerenti et cum ipsis sta-
teriis et ponderibus vendendo aut emendo aliquid in terra Bre-
vii vel sui districtus debeant quilibet ponderare, et si quis con-
trafecerit poenam X librarum denariorum incurrat pro quali-
bet et qualibet vice solvendorum de facto sine aliqua dimi-
nutione: cujus poene tertia pars sit Officialis executionem
facientis: et hoc locum non habeat in beccariis carnes ad
eorum bancas ponderantibus ad minutum. Et omnes et sin-
guli forenses aut ementes aut vendentes in dicta terra Bre-
vii vel suo districtu aliquid ad pondus debeant incoptimatori
dictorum ponderum et stateriae pro qualibet pondere decem
librarum vel abinde supra usque in quinquaginta libras solve-
re XV denarios. A quinquaginta vero libris supra usque in
centum libras unum bolum. A centum vero libris supra sol-
vatur pro rata ut dictum est. Declarantes quod forenses
ementes aut vendentes extum zafferamen in terra Brevii
vel ejus districtu teneantur et debeant cum dictis pon-
deribus Comunis similiter ponderare, et dicto incopti-
matori ponderum pro qualibet libra solvere XII denarios
sub poena fraudis in qualibet casu predictorum. Tenea-
tur insuper et debeat dictorum ponderum Comunis incopti-
mator

ad petitionem cujuscumque petentis ire aut ejus fidum nuntium mittere vel licentiam dare ad ponderandum quocumque fuerit requisitus et si requisitus negligens fuerit in accedendo ponderans aliter quam dictum sit nullam incurrat poenam. et nihilominus pro ponderatione solvere teneatur ut supra, et haec omnia perpetuo inviolabiliter observentur aliquibus in contrarium non obstantibus.

Quod Forenses teneantur solvere Duanam de fructibus extrahendis N.o 118.

Statuimus et ordinamus quod Forenses extrahentes aliquod genus fructuum de terra seu districtu Crevii non descriptorum in Duanis Communis in praeteritum teneantur et debeant solvere Duanerio sive extimatori Duanae terzerii Castelli et ~~magnificorum~~ Matildis ~~[illegible]~~ pro qualibet salma unum bolum, et si quis contrafecerit poenam X librarum denariorum pro qualibet et qualibet vice incurrat solvendarum de facto et sine diminutione applicanda ut supra, et hoc intelligatur tam de fructibus terzerii castelli, quam de fructibus terzerii ~~magnificorum~~ Matildis et terzerii plani, et hoc locum habeat perpetuo in futurum.

De Duana Surchi N.o 119.

Statuimus et ordinamus et confirmamus statutum loquens de poena extrahentis bladum in omnibus suis partibus, et si quis aliquo alio modo vel colore quaesito extraheret de Crevio vel pro districtu Surchum solvere teneatur dicto Duanerio pro qualibet salma soldos duos a salma infra pro rata.

De poena fraudantis Duanam. N.o 120.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona tam terrigena quam forensis audeat vel praesumat extrahere extra Territorium Crevii neque extrahi attemptare aliquam rem seu salmam rerum praedictarum sine solutione Duanae ~~praedictae~~ supradictae seu sine

collecta vel licentia duanerii confirmatoriis seu emptoris dicte duane ad poenam XXV librarum denariorum et ammissionis bestie et salme, et quilibet possit delinquentes in predictis denuntiare et accusare capere et arrestare et captos in fortiam officialium Comunis Trevii ducere et consignare, et quod quilibet officialis seu specialis persona dicte terre Trevii teneatur et debeat ad requisitionem dicti duanerii ire ad capiendum et arrestandum quascumque contrafacientes seu defraudantes vel defraudare procedantes dictam duanam, et eidem duanerio in predictis dare auxilium et favorem ad poenam XXV librarum denariorum pro qualibet et qualibet vice, qua requisitus fuerit et neglexerit ire et auxilium et favorem non dederit dicto duanerio ut supra dictum est contra defraudantes vel defraudatores dicte duane. Quarum quidem poenarum supradictarum tertia pars applicetur et sit Comunis Trevii, tertia pars duanerii seu cultoris, et reliqua tertia pars sit accusatoris. Duana Terzerii Castelli, et Terzerii Magistri [illegible] die coram exigi possit, et intelligatur a molendino supra versus terram Trevii de rebus inde extractis vel portatis. Duana plani intelligatur a flumine infra versus planum Trevii de rebus ibidem extractis et portatis sicut veniant portantes versus terram Trevii; et intelligatur quis defraudare dictam duanam dum voluit defraudans vel non solvens spatulans loco domini, ubi dicta duana exigit vel se direxit extra portam Trevii.

De poena fraudantis pedagium N.o 121.

Nos Statuarii suprascripti et [illegible] intentionis nostre salubre propositum non tam circa puniendo maleficia commissa versatur, quam ut committendis eisdem via et materia precludatur, pervenit namque ad audientiam nostram quod

furta et defraudationes quamplurimae in solutione pedagiorum dictae terrae Trevii ejusque comitatus hactenus committebantur: et cum nostrum sit amplexando justitiam fovere pacem: et quae paci sunt contraria resecare, placet nobis ipsorum fraudolentiam nequitiamque mansuetudine furta fraudationesque prefati pedagii detegere et perpetua securitate delere: presenti itaque constitutione atque statuto nostro perpetuo valituro precipimus sancimus statuimus atque firmamus quam pro lege haberi volumus et mandamus: ad quam legem omnes et singuli cujuscumque conditionis existant sint penitus et totaliter obligati: itaque quod portantes mercantias ducentes animalia et res alias absque solutione dicti pedagii juxta ordinamenta infrascripta super hujusmodi causa per nos firmata transire nullatenus debeant atque presument pro ut de preterito, et de antiqua consuetudine indictaterrae brevia extitit observatum. Antiqua autem ordinamenta et capitula eorumdemque ambigua obscura et formidolosa atque pericolosa erant penitus et nullam: et decernimus de cetero non valere et itaque magis conjuncta et placida sunt ea nunc statuimus et ordinamus et mandamus inviolabiliter observari.

Capitula Pedagii N.o 122.

Statuimus et ordinamus in primis quod quolibet persona forensis vel terrigena portans res ferentium cujuscumque status et conditionis existat pro mercantia animalibus victualibus - - - - - aliis quibuscumque aliunde portando immicteret vel induceret seu conduceret de loco seu districtu predicto, et de ipso loco seu districtu predicto extraheret seu conduceret vel conducere vellet, vel extrahi faceret sic aliunde portando vel hinc

extrahendo res predictas quocumque concurrat solvat et solvere
teneatur et debeat pro dictis talibus rebus mercantiis victua-
libus et rebus quibuscumque ducendis et extrahendis ut supra
pro exitu transitu et pedagio Camerario vel passagerio ad
hoc deputato infrascriptarum pecuniarum quantitates par-
ticulariter et distinctim inferius denotatas, et contrafacien-
tes in XXV libris denariorum pro pena incurrant et majo-
rem usque in quantitatem quinquaginta librarum denario-
rum auferendorum sibi de facto arbitrio dominorum
Potestatis et Priorum terre Trevii qui pro tempore fuerint
inspecta qualitate delicti, et conditione fraudis et persone
fraudantis: et perdat rem, mercantiam et animalia de quibus
pedagium non solvitur nec politiam fecerit et bestias one-
ratas rebus predictis si in totum fraudaverit, si vero in
partem unam non perdat bestiam, sed solummodo res non
assignatas. et intelligatur et presumi possit et debeat
quilibet dictum pedagium defraudare faciendo transitum
sive exitum cum rebus quibuscumque predictis seu altera
ipsarum per quamcumque partem districtus dicte terre
sine bulletta vel politia solutionis talis passagii manu
dicti passagerii ad hec deputati vel de ipsius licentiam ni-
si esset die fori dicte terre videlicet die Jovis. Qui por-
tans dictas res mercantias animalia vel alias res quascumque
immitterat in dictam terram Trevii animo et intentione ven-
dendi predictam in dicto Foro Trevii ubi ipsas res animalia
et mercantias tenuerit quod tunc talis ad solutionem dicti
pedagii nullatenus teneatur sed ei licitum sit dicta die Jo-
vis et die veneris sequente usque ad horam tertiam extrahe-
re predictas res, et mercantias, et animalia, et ducere et
portare quo voluerit pro ipsius libito voluntatis sine solutio-

pedagii vel gabellę, libere tute favore dicti fori vel diebus
nundinalibus, quibus diebus sine solutione alicujus banni vel
pollagii quilibet inducere et extrahere possit quaslibet mer-
cantias dummodo in dictis nundinis dictas mercantias et ani-
malia per diem ad minus tenuerit ad vendendum

Aliud Statutum contra fraudantem pedagium

R.o 123.

Statuimus et ordinamus quod quicumque Forensis vel terri-
gena ~~persona~~ portans res forensium immitteret seu duceret
in locum seu districtum prędictum mercantiam animalia
victualia seu res aliquas de quibus solvi deberet peda-
gium ut dictum est si in locum induceret, sequenti die
post diem immissionis, quo talis res immissa fuerit in
locum prędictum immittens, seu ducens eas res ipsi polla-
gerio absque dolo et fraude debeat assignare narrando et spe-
cificando ipsi pollagerio verum numerum sive verum pondus
~~[illegible]~~ animalium victualium seu aliarum rerum sicut inferius est
expressum, si vero in assignatione fraudem aliquam commi-
serit non assignando verum numerum seu verum pondus rerum
seu animalium quas portantur aut non assignando res prędictas
pedagio vel non solvendo pedagium prelibatum prę(sumatur)
pedagium fraudasse, et dictus pedagerius contra talem delinquentem
res prędictas non assignando eis, ut supra, vel in consignatione fraudem
comiserit, vel non solvendo pedagium prelibatum cogatur ad solvendum
poenam prędictam, et perditionem animalium, rerum mercatarum,
quę quarumcumque, de quibus solutio, vel assignatio facta non esset
congrue immiserit, vel extraxerit, et non assignando suam assignationem ipsarum
aliquam fraudem commiserit in assignando minorem numerum, seu minus
pondus, ut profertur, et in omni fraude, consignatio de qualitate delicti,
et fraudis, et personę conditionis fuisset, prędicta fierent, et confessa esset
in die fori, et nundinarum, ut supra ipsum tunc ad poenam, neque ad amissionem, vel dannum aliquod minime teneatur.

Aliud Statutum super eodem negotio R.o 124

Statuimus et ordinamus quod quicumque furta et pedagii predicti defraudationes invenerit seu apprehenderit de quibus mercantiis animalibus et rebus aliis pedagiario passagerio ad hoc deputato non assignatum et ipsum transeuntem committentem seu delinquentem aut mercantias animalia et res in fortiam Officialis Trevii conduxerit et assignaverit sua inventione propria industria opere, cura, et sollicitudine habeat et habere debeat tertiam partem totius quod defraudatum fuit et inventum: ipsasque defraudationes et delinquentes ipse statim sine diminutione aliqua coram dicto Officiale et passagerio vel alio deputato teneatur presentare, quod si non fecerit ut scriptum est et officiali non assignaverit arbitrio Potestatis Trevii effectualiter puniatur. aliam tertiam partem passagerio, et aliam tertiam partem Communi Trevii applicamus, poenas autem omnes Communi Trevii volumus applicandas, et omnes et singuli habitantes in dicta strata et burgo Trevii vel circumstantes teneantur facere, auxilium prestare, dicto passagerio vel alii exactori deputato vel dicto inventori dictas fraudes et furta pedagii predicti sub poena arbitrio dicti domini Potestatis auferenda de facto.

Tabula Pedagii N.° 25.

Allume de cenere soma solidi 3
Arnese soma solidi 20
Allari soma solidi 2
Assogna soma, solidi ... 6
Agli soma solidi 2
[Anguille] solidi 10
[Aceto] solidi 4
[Argento] solidi 4
Arcioni da basto soma solidi .. 6
Arato (aratro) uno solidi 4
Biade soma solidi ... 1
Bovi uno solidi 2
Bocticelli soma, solidi ... 5
Bolle et Bolloni soma, solidi. 6
Boturo soma, solidi 10
Brocche soma, solidi 5
Balestra soma, solidi 12
Bombace soma, solidi 20
Braccio de panno di lana, solidi; 0, denarii 4
Castrati lo centinaro solidi . 34, denarii 4
Cavallo de menasse a vendere solidi 5
Cavallo uno, solidi 5
Castratino uno, solidi .. 0 denarii 8
Cogiame (concio) aranio soma, solidi 10
Cogiame peloso soma, solidi 6
Cinci soma, solidi ... 6
Cinchi soma, solidi ... 4
Carne seccha, soma, solidi 6
Caldagie soma, solidi .. 10

Caldagie vecchie soma, solidi 5
Chiovi soma, solidi 6
[Corcio]. soma, solidi 10
Carta soma, solidi 10
Canova soma solidi 6
Cepolle soma, solidi 2
solidi ... 2
soma, solidi 2
soma, solidi 20
soma, solidi 5
soma, solidi 8
Coltre per una, solidi 2
Corazze una, solidi 2
Campane una, solidi 20
Coppe soma, solidi 10
Castrarichi pagio uno, solidi 0, den: 2
[Corte] soma solidi 2
[Catini] soma solidi 2
Carrati soma, solidi 5
Castagne soma, solidi ... 2
Cera soma, solidi 20
Decorrenti soma, solidi .. 2
Drappi de seta libra, solidi 3
Ferro fuccino soma, solidi 6
Fieno soma, solidi 0, den: 8
Ficora soma, solidi 3
Formagio soma, solidi 10
Foglie soma, solidi 2
Funi soma, solidi 6
Funicelli soma librarum 4, solidi 0

Frise di seta ꝑ libra, solidi 2
Fructi soma, solidi 2
Fardello uno, solidi 10
Fornello ꝑ libra, solidi 5
Guado soma, solidi 4
Gambari soma, solidi 4
Ind° soma, solidi 20
Iudeo uno solidi 2
Iumenta una solidi 6
[Lupini] soma solidi 2
Lena soma solidi 0, den: 3
Lana soma, solidi 10
Lana fina, solidi 20
Libri di legge uno, solidi 10
Lancie o lanciotte soma, solidi 10
Libri di grammatica uno sol: 2, den: 6
Libri de medicina uno solidi 5
Merciaria soma solidi 20
[Mulo] per vendere uno, solidi 5
Metallo soma solidi 10
Mele soma, solidi 10
Macina una, solidi 20
Malarance soma solidi 8
Mattera una solidi 2½
Massarie vecchie soma solidi 10
Musto soma, solidi 3
Mela soma solidi 2
Nucilli de ammandole soma solidi 10
Nuci soma, solidi 3
Olio soma, solidi 6

Ova soma solidi 10
Panni bambacini soma, solidi 20
Panni de lana, soma, solidi 10
Panni fini soma solidi 20
Porci ꝑ uno, solidi 8
Paglia soma, solidi 0, den: 8
Piombo soma, solidi 10
Paratura de carta soma, solidi 3
Puttana una, solidi 5
Poma soma, solidi 2
Pesce soma, solidi 4
Pannicti soma, solidi 5
Panno canavaccio soma, solidi 6
Pigne soma, solidi 5
Panno de lana per braccio, solidi 0, denarii 4.
Prete pretiose per libra solidi 20
Rame non lavorato, soma solidi 6
Rotelle soma solidi 10
Robbam[illegible] soma solidi 5
Rena da bicchieri, soma solidi 3
Rose per libra, solidi 0, den: 6
Sincho soma, solidi 20
Spetiaria soma, solidi 20
Stagno soma, solidi 10
Somero ad vendere o compr.
Carato uno, solidi 4
Scarto soma, solidi 10
Surgi soma, solidi 6
Sale soma, solidi 6

Spago

Spine soma, solidi 0, den: 8
Stamegna soma, solidi 20
Stamegna una, solidi 2
Senapa soma, solidi 5
Sulfo soma, solidi 10
Soppedanno soma, solidi . . 5
Sandalle soma, solidi 5
Storaro soma, solidi 4

Cavole soma, solidi . . . . . .
Cerra coversana da bicchieri la
soma, solidi . . . .
[Taglitii] soma, solidi . . . .
Condina soma, solidi 10
[Tarralofani] Livera, solidi

Vino vecchio soma, solidi . . . 5
Uvapassa soma, solidi 10
Vitro lavorato soma, solidi . . . 6
Vitro rocto soma, solidi 4
Visco soma, solidi 10
Vasa di terra soma, solidi 6
Vascelli soma, solidi . . . 10
Valisia una, solidi 5
Vitectoni soma, solidi . . . 10
Zafarano soma librarum 6 solidi; 0
Zafarano lo centinaro, solidi . 25
Zafarano la decina, solidi . . 5
Zafarano la litra, solidi . . . 2

Capitula Pedagii N.° 126.

Statuimus etiam et ordinamus quod nullus exactor dicti pedagii sive pedagerius directe vel oblique, tacite vel expresse, palam vel occulte possit et valeat exigere ab infrascriptis personis aliquam solutionem pro dicto pedagio vel nomine dicti pedagii immo sub virtute juramenti, et poena decem flo= renorum auri, quam ipso facto incurrat, teneatur precise aliqua interpretatione sed simpliciter prout servare infrascripta capitula pacta et particulariter et distincte omni meliori modo et forma quibus melius de jure fieri potest.

Inprimis quod nullus portans litteras vel bullam domini nostri Pape et aliorum Summorum Pontificum, seu eorum Camerariorum vice camerariorum vel domini no stri Pape sive etiam sit Officialis in Curia Romana teneatur solvere

pedagium in transeundo vel vadando cum suis quibuscumque
que   eorumsibus saluis et aliis rebus, immo spen:
tes sint liberi et immunes.
Item quod nullus Cardinalis nec ipsorum secretarius sive
familiaris nec aliquis legatus domini nostri Pape vel ejus
Vicelegatus nec eorum comitiva teneantur aliquid solvere
de eorum rebus vel saluis quibuscumque   pada-
gium   predicta
Item quod majores Venetorum et Florentinorum   De
Fulginea: dominorum de Camerino

dicto pedagio in ipso transitu aliquid solvere minime tenean-
tur, hoc inde excepto quod si ducerent aliquas mercantias
bestiarum vel aliarum quarumcumque rerum pro ipsis de-
bitum pedagium solvere teneantur.
Item quod de sale sive grano Camere Apostolice vel Ecclesie
Romane vel domini nostri Pape vel alicujus Cardinalibus
vel predictorum suprascriptorum in capitulo precedenti non
exigatur pedagium, dummodo constat esse predictorum et
Camere antedicte.
Item quod gentes armorum sive stipendiarii non teneantur aliquid
solvere pro ipsorum rebus in transitu.
Item quod passagerius sive exactor dicti pedagii teneantur re-
tinere supradictum ordinem dicti pedagii cum dictis capitulis
apud dictum locum ubi dictum pedagium exigitur et illos osten-
dere in forma publica omnibus videre vel legere volentibus. Et
supra-scripta capitula retinere teneatur scripta in hostio
vel supra hostium ubi dictum pedagium exigitur: ita quod
a singulis possint bene inspici legi et videri ne dubitetur

pedagii alicui possit justitiam inferre: et ne ultra debitum et contra formam dictorum Capitulorum et pedagii alicui indebite extorquere possit. Quod autem ultimum capitulum observari volumus et mandamus ad poenam XL solidorum denariorum vice qualibet qua contra contenta in ipso capitulo repertus fuerit exactor praedictus facere. Et quod Officialis extraordinariorum et socius miles Potestatis Trevii qui pro tempore fuerit supradicta omnia et singula particulariter et distinctione faciat observari, et de praedictis qualibet hebdomada qualibet de per se inquisitionem faciant et repertum culpabilem de facto puniri sub poena X librarum denariorum de suo salario vice qualibet Communi Trevii applicandorum; de quibus omnibus dictos Officiales volumus sindicari et repertos culpabiles puniri et condemnari in dicta poena sui temporis sindicatus.

Tabula quinta de damnis datis

De arbitrio Officialium damnorum datorum. Rubrica 1.

Quod notarius damnorum datorum puniat de facto. R. 2

De qualdariis eligendis pro damnis datis portandis. R. 3

De fide adhibenda Officialibus damnorum datorum. R. 4

Quod Officiales damnorum datorum debeant facere fidem quod sint Notarii publici et qui steterit per annum non possit stare infra quinquennium. R. 5

Quod Officiales damnorum datorum debeant conficere libros. R. 6

Quod copie inventionum mittantur ad Cameram Communis Trevii. R. 7

Quod domini Priores et Cancellarius debeant dare librum stampatum dictis Officialibus. R. 8

Quod Officialis sine pretio permictat quod legan

tur acta in suo libro. R.o 9
Quod non possit quis gravari nisi prius fuerit monitus ad defensionem. R.o 10
Quod accusati in damnis datis possit retrahi ante executionem pene. R.o 11
Quod de damno occulto teneatur villa proximior. R.o 12
Quod Officiales non scribant accusas nec exceptiones sed tantum registrent in libro, et faciant ipsi fam. R.o 13.
De salario Officialis pro registro scripturarum et examinatione testium. R.o 14.
Quod Officialis habeat quartam partem pene, quam in communi pervenire fecerit. R.o 15.
Quod Officialis damnorum datorum teneatur expedire accusas et inventiones infra XL. dies. R.o 16
De forma servanda in examinatione testium. R.o 17.
De tempore quo potest cognosci super damnis datis R.o 18
Quod tempore debeat fieri extimatio damni R.o 19.
Quod Officialis damnorum datorum debeat favere presentibus cavatinarum. R.o 20
De pena dantis damnum cum infrascriptis animalibus. R.o 21
De pena damnum dantis cum bestiis in pecudibus. R.o 22.
De pena damnum dantis in vicinea cum dictis animalibus. R.o 23.
Qui testes sint idonei in damnis datis. R.o 24.
De pena euntis cum pecudibus per clausuras. R.o 25.
De pecudibus intrantibus in maceses. R.o 26.
De pena bestiarum grossarum intrantium in clausuras olivatas. R.o 27.
De pena facientis herbas in prato alieno. R.o 28
De pena damnum dantis cum bestiis in pratis. R.o 29
De pena porcorum intrantium in prata. R.o 30.
Quod bestie iumentorum et porci tenuium mensium non teneantur ad penam R.o 31.
Quod damnum dans teneatur ad emendam R.o 32.
De pena ferentium da-

mnum dantium in territorio Trevii N.o 33.
De poena damnum dantis in orto. N.o 34
De poena damnum dantis in croco N.o 35.
De poena damnum dantis in oliviis personaliter vel cum bestiis N.o 36.
De poena damnum dantis in vineis vel pergulis de nocte N.o 37.
De poena damnum dantis in vinea vel aliis fructibus. N.o 38.
De poena portantis extra districtum uvas vel amigdolas. N.o 39
De poena portantis uvas vel amigdolas in Trevium N.o 40
De poena damnum dantis in arboribus vel in vineis frondes faciendo. N.o 41
De poena facientis frondes in suo vel alieno Surchio N.o 42.
De poena portantis palos vineae N.o 43.
De poena proiicientis lapides in possessione alicuius. N.o 44.
De poena facientis [illegible] in montibus [illegible] N.o 45.
De poena damnum dantis in pascuis Communis N.o 46
De poena rapientis foenum vel paleam de palearii N.o 47
De poena aucupantis cum bucino N.o 48
De poena capientis columbas N.o 49
De poena retinentis canem dissolutum N.o 50
De arbore prestante impedimentum elevando. N.o 51
De poena incidentis arborem domesticam: N.o 52.
De poena damnum dantis in silva vel sepali. N.o 53.
De damno dato per familiam Potestatis. N.o 54.
De poena damnum dantis in silva incisa cum bestiis. N.o 55
De poena damnum dantis cum pecudibus vel castratis. N.o 56.
De poena damnum dantis cum pullis. N.o 57.
De poena euntis per possessionem alterius cum bestiis. N.o 58.
De poena apprensantis bestias N.o 59.
De poena ponentis mandriam in districtu Trevii. N.o 60
De poena retinentis bestias

forensium ad pasculandum ultra duos dies. R.° 61.
De poena retinentis capras infra tenuitas. R.° 62
De poena retinentis capras vel ircos. R.° 63.
De poena non custodientis bestias caprinas. R.° 64
De poena accusantis bestias non habentium eas. R.° 65.
De poena notificantis Notarium. R.° 66.
Quod Caballarius liceat retinere capras. R.° 67
Quod cuilibet liceat ducere bestias inventas in possessione ipsius. R.° 68.
Quod Pater teneatur pro filio et dominus pro famulo. R.° 69.
De accusis factis per filium familias vel laboratorem in damnis datis. R.° 70.
In quantum credatur accusatori cum juramento. R.° 71
Quod Notarius possit punire de similibus ad similia. R.° 72.
Quod Notarius damnorum datorum debeat interesse laboritiis. R.° 73.
Quod Notarius damnorum datorum sit superstes operum. R.° 74.
Quod Notarius damnorum datorum possit imponere poenam. R.° 75.
Quod Notarius non faciat aliquod depositum. R.° 76.
Quod pignus assignetur Camerario. R.° 77.
De auxilio dando superstitibus. R.° 78.
Quod quilibet habens possessiones a strata in parte teneatur ponere foveam. R.° 79
De qualdariis eligendis pro hominibus de Delano. R.° 80.
De observatione Statutorum. R.° 81.

Liber Quintus

De damnis datis

De arbitrio Officialis damnorum datorum. R.° 1.°

Statuimus et ordinamus quod tam Notarii Potestatis seu Preorii, quam Officialis custodiae valeant die noctuque in

cum famulis per terram Brevii ejusque comitatum fortiam et districtum perquirendo damnorum allatores personaliter vel cum bestiis, et repertos culpabiles punire et condemnare secundum formam presentium statutorum loquentium de damnis datis: et similiter bestias eorum credatur dicto Officiali in omnem quantitatem: et de omni eo et toto quod devenire fecerint in commune, videlicet de inventionibus eorum quartam partem proventum solutarum habeant a communi. Ac etiam valeant procedere per inquisitionem ad petitionem omnium et singulorum hominum et personarum, et repertos culpabiles summarie et de facto punire et constringere ad solutionem pro expedissam sine strepitu et figura judicii summarie communis solvendo ipsa et reperta solummodo veritate facti simpliciter per testes vel alio debito et juridico modo.

Quod Notarius damnorum datorum puniat de facto. R.o 2.o

Statuimus et ordinamus quod dictus Notarius teneatur et debeat delinquentes in suis officiis quodcumque punire de facto sine strepitu et figura judicii omnibus juris solemnitatibus obmissis sine condemnatione aliqua diebus feriatis et non feriatis prout ei videbitur et placebit.

De Qualdariis eligendis pro damnis datis portandis. R.o 3.o

Statuimus et ordinamus quod in quolibet populo de Trevio et ejus districtu qui sit ad minus viginti focularium eligantur per Priores et antepositos XVIII qui erunt de mensibus Januarii et Julii quolibet anno et dictis mensibus duo homines qui sint Qualdarii et accusatores privati seu ascensarii omnium et singulorum damnorum datorum que commicte

vel dari viderint seu sciverint in possessione aliorum quorumque
cumque hominis et personas seu bestias quorumcumque. Quo-
rum officium duret sex mensibus tantum, et quicumque fuerit
una vice non possit eligi nec esse alia seu aliis sex mensibus
successive. Qui sic electi statim citari debeant per bajulum
Communis praedicto quod sequenti die compareant coram
Potestate dictae terrae seu ejus Officialibus ad jurandum et pro-
mittendum officium in quod electi sunt facere bona fide
sine fraude et referre dictis Officialibus, omnia et singula
damna quae viderint seu sciverint dari per quoscumque seu
quorumcumque bestias in possessionibus alienis infra octo dies
postquam sciverint seu viderint damnum hujusmodi esse
datum sub poena perjurii juramenti et centum solidorum
denariorum pro qualibet et qualibet vice qua contrafece-
rit in praedictis: et credatur relationi cujuslibet dictorum
qualdariorum contra quemlibet damnum dantem seu cujus bestia
damnum dederit sine aliqua alia deliberatione usque in quanti-
tatem XX solidorum denariorum et cum uno teste fidedi-
gno de visu, cujus relatio habeatur pro plena et legitima
probatione omnium damnorum datorum quae retulerint aliqua
lege vel statuto in contrarium loquente non obstante quibus
per praesens statutum quantum ad hoc voluimus derogari: et no-
men dicti Qualdarii sic referentis teneatur in credentia: et si
dicti qualdarii per dolum vel fraudem seu aliqua simonia vel
corruptione hujusmodi damna non ~~rejecerint~~ retulerint, ut dictum est
in XXV librarum denariorum vice qualibet condemnentur, et ha-
beant dicti Qualdarii sic referentes quartam partem de omni
eo quod occasione eorum relationis hujusmodi devenerit in Commu-
ni. Et Potestas qui pro tempore erit teneatur unum de suis
Notariis ad officium damnorum datorum specialiter deputare

qui teneatur omnes et singulas relationes hujusmodi, et alias quas-
cumque accusationes denuntiationes et inquisitiones super quibus-
cumque damnis datis et querelis, super his in libris et actis dicti
communis ponere et super ipsis procedere et poenas exigere et
ad manus camerarii dicti communis facere devenire et damnum pas-
sis facere emendari secundum formam statutorum ordinamento-
rum dictae terrae dicta materia loquentium, et habeat et ha-
bere debeat dictus dominus Potestas de omni eo quod occasione
damnorum datorum praedictorum devenire faciet in communi prae-
dicto, quartam partem tantum ultra salarium in suo sindica-
tu et electione contentum aliquo statuto in contrarium lo-
quente non obstante. Adjicientes huic statuto quod Gualdarii
qui electi erunt non possint se excusare ratione majoris li-
brae seu extimi immo teneantur acceptare sub poena X librarum
denariorum communi Trevii applicandorum.

De fide adhibenda officialibus damnorum datorum

R.o 4.o

Statuimus et ordinamus quod officialibus damnorum datorum super inventionibus non detur fides nisi cum uno famulo vel alio quocumque teste non obstantibus quibuscumque.

Quod Officiales damnorum datorum debeant facere fidem quod sint Notarii publici et qui steterint per annum non possint stare infra quinquennium. R.o 5.

Statuimus et ordinamus quod dicti Notarii Potestatis et custodie super damnis datis deputati sint et esse debeant Notarii publici et auctentici et de eorum Notariatu debeant legitime fidem facere in principio eorum officii alias non admittantur quoquando poena dominis Prioribus et Cancellario terrae Trevii qui pro tempore erunt si vice-

111 periat ad dictum officium exercendum XXV librarum dena-
riorum pro qualibet et qualibet vice Comuni Trevii ap-
plicandorum. et dictis Officialibus non publicis Notariis si
exercuerint dictum officium eadem poena sit et esse de-
beat imposita applicanda Comuni Trevii: et quilibet
possit accusare et denuntiare, et credatur ei cum jura-
mento, et si aliter fides praedicta non ostendatur. item
quod nullus Notarius qui steterit in dicto officio ad plus
per annum possit stare intra quinquennium: et si receptus
fuerit acta ejus nemo facta non valeant nec teneant.

Quod Officiales damnorum datorum debeant con-ficere librum. R.º 6.

Statuimus et ordinamus quod dicti Notarii et Officia-
les et quilibet eorum teneantur et debeant conficere
librum: et in fine officii relinquere et dimittere illum
debeant in comuni publicum et autenticum in quo quidem
quilibet eorum teneatur et debeat registrare omnes et sin-
gulas inventiones denuntiationes, accusationes, et querelas, et
scribere diem mensem et annum inventionis et productio-
nis sive factae denuntiationis accusationis et querelae
item in actis scribere citationes monitiones juramenta
testium eorum dicta et attestationes et exhibitiones ex-
ceptionum cum dixit supra: et cetera alia acta et scri-
pturas pertinentes et spectantes ad eorum officium
et nil obmittere. Et si dicta omnia et singula in eodem
libro scripta non apparerent non valeant nec teneant gesta
per eos et ad exequutionem aliquam procedere non possint
sub poena XXV librarum denariorum: et si aliter factum fue-
rit ipso jure non valeat et nullam mereatur executio-
nem, et nihilominus incidant in poenam XXV librarum

denariorum Communi Trevii applicandorum et ad interessi-
partis.

Quod copiae inventionum mittantur ad cameram
Communis Trevii. N.o 7.

Statuimus et ordinamus quod dicti Officiales teneantur mitte-
re copiam ad Cameram Communis Trevii de omnibus inventionibus per
eos factis infra secundam diem a die factae inventionis sub poena
XX solidorum denariorum pro qualibet inventione et qualibet
vice, et nihilominus non possit fieri executio poenae damni
dati si copia inventionis non appareat in dicta Camera Co-
munis.

Quod Priores et Cancellarius Trevii debeant da-
re librum stampatum dictis Officialibus. N.o 8.

Statuimus et ordinamus quod magnifici domini Priores et Cancel-
larius terrae Trevii teneantur infra secundam diem principii offi-
cii damnorum datorum dare et consignare dictis Officialibus et
cuilibet eorum librum stampatum, stampa Communis Trevii: et
si Priores praefati et Cancellarius negligentes fuerint, infra dictum
tempus dare et consignare dictis officialibus dictum librum stam-
patum prout et solent aliqui Priores esse tardi in expeditione
negotiorum dicti Communis, quod officialis faciat et componat
dictum librum de pro, et de pecuniis poenarum damnorum da-
torum sine alia licentia retineat penes se pro dicto libro bolos
duos pro qualibet mense et qualibet officiale damnorum dato-
rum pro carta dicti libri: et hoc ne mora possidentium in
Magistratu Priorum retardet administrationem officii, et
nihilominus stampam faciat ut supra.

Quod Officiales sine pretio permittant legi
acta in suo libro. N.o 9.

Statuimus et ordinamus quod quotiescumque officiales praedicti

fuerit requisitus et permitteret videri et legi acta dictorum damnorum datorum teneatur ostendere et permittere legi et scrutari a quolibet sine pretio aliquo, sub pena X librarum denariorum pro qualibet vice qua recusaverit Communi Curie applicandorum.

Quod non possit quis gravari nisi prius fuerit monitus ad defensam. R.o 10.

Statuimus et ordinamus quod nullus officialis possit facere executionem penarum nisi primo accusatus vel denuntiatus fuerit monitus ad faciendum suas defensiones: et de hoc faciat apparere in actis; aliter non valeat.

Quod accusa in damnis datis possit retrahi ante executionem pene. R.o 11.

Statuimus et ordinamus quod liceat cuilibet denuntiatori et accusatori sive querelanti cum pro denuntiato, accusato, vel querelato ad invicem concordari ante executionem pene damni dati: et pro cassatione querele denuntie vel accuse solum officialis percipere possit solidos duos pro qualibet accusato vel denuntiato: et non pro qualibet bestia pena officiali contrafacienti librarum V denariorum pro qualibet et qualibet vice.

Quod de damno occulto teneatur villa proximior. R.o 12.

Statuimus et ordinamus quod quotiescumque reperiatur fuisse et esse illata aliqua damna cuiuscumque conditionis et facta apparerent, que potuissent verisimiliter fieri cum bestiis vel cum personis in quibuscumque rebus et delinquens ignoraretur: et facta prius per officiales damnorum datorum et per capitaneum contrate proximiori dicto

damno diligenti inquisitione contra malefactorem quid reperiri quoquo modo non possit: tunc teneatur villa sive contrata hominum proximior dicto damno ad emendam damnum passo arbitrio boni viri: et quia ~~quinlique~~ quandoque peccata latent et tempore patent, ideo in casu isto nulla currat praescriptio in favorem hujusmodi delinquentis: immo quod si postea pateret malefactor quietari teneatur ad praevam et ad damna passa per homines villae sive contratae praedictae, super quibus omnibus et singulis officiales praedicti possint procedere et punire poena secundum formam juris et statutorum brevi de facto omni solemnitate obmissa de veritate et equitate et omni alio meliori modo et forma, quibus de jure melius fieri potest et debet.

Quod Officiales non scribant accusas nec exceptiones, sed tantum registrent in libro, et faciant cassillam. R.º 43.

Statuimus et ordinamus quod de omnibus et singulis accusis denuntiis et querelis petitionibus et exceptionibus de quibus fieri debeat per dictos Officiales registrum in dicto libro: et debeant dicti Officiales damnorum datorum facere cassillam: et quod apparere faciant diem productionis pro et in libro praedicto et assignare communi in fine officii eorum ipsam cassillam sicut librum: hujus quidem scripturas dictarum accusationum denuntiationum et querelarum et exceptionum non possint esse manu alicujus Officialis Potestatis nec ipsorum officialium damnorum datorum poena X librarum denariorum pro qualibet scriptura sua manu reperta: et sufficiat registratio manu sua et non aliter ut supra patet in aliis statutis.

De salario Officialis pro registro scripturarum

pro copia et examinatione testium. R.o 14
Statuimus et ordinamus quod Officiales predicti habeant
et recipere debeant pro exibitione et pro registro in libro
omnium predictarum scripturarum in dicto proximo statu-
to contentarum bolum unum pro qualibet accusa quaerela vel
denuntia vel productione aliarum scripturarum et pro qua-
libet carta copie dictarum scripturarum et aliarum facien-
darum in contradictoris examine bolum unum et pro exa-
minatione trium testium porrectorum supra inquisitione
denuntiis et accusis, et quaerelis damnorum datorum vel de-
beant habere: aliis vero testibus supra habeant bolum unum
pro quolibet teste. Simili modo dicimus quod si aliqui testes pre-
ter dictos tres testes fuerint inducti ad defensam pro quo
examine non possit recipere nisi unum bolum pro qualibet
teste. Et si in aliquo capitulorum predictorum dictus Officialis
contrafecerit incidat in penam centum solidorum denariorum pro
qualibet capitulo et qualibet vice Comuni Trevii applicandorum
et credatur quaerelanti cum iuramento et uno teste.

Quod Officialis habeat quartam partem pene quam in Comunedi pervenire fe- rit R.o 15.

Statuimus et ordinamus quod dicti Officiales habeant
a Camerario Comunis Trevii tantum quartam partem
omnium penarum que in effectu in manus Camerarii Co-
munis predicti pervenerint industria et opere ipsorum
Officialium.

Quod Officiales damnorum datorum teneantur expedire accusas et inventiones infra XL dies R.o 16.

Statuimus et ordinamus quod predicti Officiales et quili

eorum teneantur et debeant expedire et terminare omnes
et singulas inquisitiones et inventiones per eos et quem-
libet eorum factas: nec non omnes et singulas accusatio-
nes denuntiationes et querelas coram eis et quolibet eo-
rum factas productas sive porrectas infra terminum
XL dierum continuorum a die porrectę productę vel
factę accusę denuntię vel querelę, et a die factę inven-
tionis absque interpellatione aliqua requisita ex forma ju-
ris et Statutorum Terrę Trevisii sub poena X librarum de-
nariorum Communi Trevisii applicandorum. Et nihilominus
teneantur ad damna et interesse Communis praedicti et spe-
cialium personarum praetendentium interesse. et nihilomi-
nus successores eorum teneantur exequi et executioni
mandare infra dictum tempus sub dicta poena.

De forma servanda in examinatione testium R.o 17

Statuimus et ordinamus quod ~~praedicti~~ dicti Officiales et quili-
bet eorum teneantur et debeant examinare testes inductos
coram eis super omnibus et singulis accusis querelis et de-
nuntiis ac inquisitionibus coram eis factis, et super omni-
bus aliis incidentibus super quibus inducentur diligenter et
scribere eorum dictum secundum quod testes proferunt, et
interrogare in causa scientiae de loco de tempore et de prae-
sentibus ad hoc ut Officialis ignorans non praetendat ignoran-
tiam ad quod ipsi teneantur, et si secus fecerint teneantur
ad interesse partis.

De tempore quo potest cognosci super damnis
datis. R.o 18.

Statuimus et ordinamus ad tollendum negligentiam recipien-
tium damnum et ut magis solliciti sint quod de damno dato

in aliis vero temporibus si datum fuerit damnum in vi-
nea cum dictis animalibus solvat solidos XX denariorum
pro qualibet bestia et qualibet vice si de die, si de nocte
solidos XL denariorum.

Qui testes sint ydonei in damnis datis. R.o 24.

Statuimus et ordinamus considerantes quod ut pluri-
mum damna data in possessionibus et fructibus arbo-
bus multis tam personaliter quam cum bestiis com-
mictuntur in locis in quibus magis et plus frequen-
tantur pastores minoris etatis quam alii majores etate
et ne delicta impunita remaneant propter proba-
tiones imperfectas ac predicta ratione moti dicimus
quod in damnis datis predictis credatur uni testi
etatis septem annorum usque in decem solidis. a decem
vero annis supra in omni quantitate et similiter cre-
datur in omni quantitate in dictis damnis datis duo-
bus testibus conformibus et concordibus etiam si sint in-
tra septem annos.

De pena euntis cum pecudibus per clausuras. R.o 25.

Statuimus et ordinamus quod a kalendis aprilis usque
ad mensem septembris exclusive pecudes et castrati non pos-
sint intrare sive pasculare in clausuris olivarum alterius,
et si contrafactum fuerit pro qualibet bestia pecudina
dominus ipsarum solvat de facto et pro qualibet vice
solidos quinque. a kalendis vero septembris usque ad men-
sem aprilis si intraverint vel pasculaverint in dictis
clausuris solvat de facto pro qualibet bestia pecudina
solidos X denariorum.

De pecudibus intrantibus in majeses. R.o 26

Statuimus et ordinamus quod pecudes et castrati non possint intrare nec pasculare maiesas sive terras maiesatas dic pluvie et post pluviam per tres dies, et si contra factum fuerit dominus ipsarum incidat in penam medii bologuini pro qualibet bestia pecudina et vice qualibet.

De pena bestiarum grossarum intrantium in clausuras olivatas. R.º 27.

Statuimus et ordinamus quod nullo tempore animalium infrascriptorum aliquod videlicet bovina equina, mulina, vel asinina possint intrare cominus ire per clausuras olivatas vel damnum dare in eis sub pena XX solidorum denariorum pro qualibet vice et qualibet bestia, quam penam dominus ipsarum cogi possit de facto ad solvendum in solidum.

De pena facientis herbas in prato alieno. R.º 28.

Statuimus et ordinamus quod nemini liceat facere herbas in prato alieno sub pena V librarum denariorum si de die si vero de nocte incidat in penam decem librarum denariorum.

De pena damnum dantis cum bestiis in pratis R.º 29.

Statuimus et ordinamus quod si damnum datum fuerit cum bestiis grossis in pratis alienis a Kalendis Martii usquequo fenum extractum fuerit de dictis pratis dominus bestiarum incidat ipso facto in penam X solidorum denariorum pro qualibet bestia et qualibet vice. Si vero cum pecudibus et castratis solidi unius pro qualibet pecude sive castrato et qualibet vice.

De pena porcorum intrantium in prata. R.º 30

Statuimus et ordinamus quod porci ~~nullo~~ tempore ~~...~~ non possint

ire nec stare per portam alicui, et si contrafactum fuerit, solvat de facto dominus porcorum solidos XX denariorum pro qualibet porco et qualibet vice.

Quod bestiae sex mensium et porci trium mensium non teneantur ad poenam. R.o 31.

Statuimus et ordinamus quod bestiae cujuscumque generis exceptis porcis, aetatis sex mensium et infra, et porci et capro minores tribus mensibus non teneantur ad poenam.

Quod damnum dans teneatur ad emendam. R.o 32.

Statuimus et ordinamus quod generaliter in omnibus et pro omnibus damnis datis personaliter vel cum bestiis parvis vel magnis teneantur ipse et dominus bestiarum praedictarum ad emendam damni damnum passo.

De poena forensium damnum dantium in Territorio Trebii. R.o 33.

Statuimus et ordinamus quod forenses teneantur in damnis datis sicut trebani tractantur in illis locis ubi Trebani reperiuntur dare damnum: et secundum quod in illo loco coguntur ita in Trebio tractentur: et si de tali statuto non haberetur notitia per Officiales Trebii quod possint punire in duplum illius poenae quam teneretur solvere trebanus pro simili damno dato: et de nocte dictae poenae duplicentur in hujusmodi damnis datis a forensibus tam personaliter quam cum bestiis.

De poena damnum dantis in orto. R.o 34.

Statuimus et ordinamus quod quicumque damnum dederit in orto personaliter vel cum bestiis solvat pro qualibet bestia et pro qualibet macta pecudum, et pro qualibet porco et pro qualibet macta gallinarum X solidos denariorum et credatur sacramento accusatoris de quantitate et aestimatione damni usque

si damnum dederit personaliter XX. solidos denariorum, et

ad quantitatem quinque solidos et non plus.

De pena damnum dantis in croco. Rº 35.

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat dare damnum personaliter vel cum bestiis in croco alicujus; et si damnum dederit colligendo flores centum solidos denariorum de facto Camerario Comunis solvere teneatur sine aliqua diminutione. Si vero alio modo faciendo herbam vel suppedendo crocum predictum XX solidos denariorum solvere teneatur. Si vero cum bestiis damnum dederit solvat et solvere teneatur sine aliqua diminutione de facto XX solidos denariorum pro qualibet bestia et qualibet vice. Si vero cum aliis bestiis minutis solvat pro qualibet bestia et qualibet vice XII denarios. Dummodo quod porcus intelligatur bestia grossa et de extimatione damni credatur sacramento accusatoris usque in quantitatem quinque solidos denariorum. et omnes pene duplicentur de nocte.

De pena damnum dantis in olivis personaliter vel cum bestiis Rº 36.

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat damnum dare in olivis alicujus, videlicet olivam colligendo de ipsis olivis vel de possessionibus alicujus. et si quis contrafecerit in colligendo de arboribus olivas centum solidos denariorum Camerario dicti Comunis solvat de facto. Si de terra colligerit XX solidos denariorum dicto Camerario solvere teneatur. Si vero damnum dederit in ipsis olivis faciendo corrodere fructus vel arbores olivarum quinque solidos denariorum pro qualibet bestia grossa vel minuta et qualibet vice dicto Camerario solvere teneatur statuto aliquo in contrarium loquente non obstante et damnum passo emendet in duplum et credatur sacramento accusatoris usque in quantitatem X solidorum denariorum tam de extimatione quam damno dato. et cuilibet sit licitum accusare et denuntiare, et habeat tertiam partem banni et ejus nomen teneatur in credentia.

De pena damnum dantis in vineis vel pergu-lis de nocte. R.o 37.

Statuimus et ordinamus quod siquis vel siqua inventus vel inventa fuerit per aliquem seu aliquam in di-stricto Trevii dare damnum in vinea sive pergulis alicuius persone noctis tempore quod talis inventus vel inventa dare damnum in ipsis vineis vel pergulis vel aliqua ipsarum solvat et solvere teneatur Camerario Communis Trevii pro pena X libras denariorum pro vice qualibet et qualibet damnum dante. que pena exigatur per Notarium damnorum datorum qui pro tempore fuerit sine strepitu et figura judicii, et cuilibet sit licitum accusare et denuntiare contrafacientes, et stetur et credatur sacramento accusatoris cum uno te-ste de visu.

De pena damnum dantis in vinea vel aliis fru-ctibus. R.o 38.

Statuimus et ordinamus quod siquis damnum dederit in vinea alicuius seu possessione colligendo uvas amigdolas nuces vel alios fructus solvat pro vice qualibet qua damnum dederit in vinea XX solidos denariorum: si vero ex ipsa vinea uvas secum exportaverit pro quali-bet racemo X solidos denariorum, et stetur et creda-tur sacramento accusatoris: et quod omnes pene du-plicentur de nocte.

De pena portantis extra districtum uvas vel amig-dolas. R.o 39.

Statuimus et ordinamus quod siquis extraxerit extra territorium Terre Trevii uvas amigdolas nuces, nucillas amigdolarum vel nucium amigdolos, vel alios fructus que in

medium quartum solvat pro vice qualibet XX solidos denariorum. A medio quarto supra XL solidos denariorum solvere teneatur. A medio quarto infra X solidos denariorum solvere teneatur et pro qualibet corbe uvarum X solidos denariorum solvere teneatur.

De poena portantis uvas vel amigdolas in Trevium. R.o 40.

Statuimus et ordinamus quod si quis portaverit ad terram Trevii vel inventus fuerit portare per districtum Trevii per Notarium vel ejus famulum uvas amigdolas nuces vel alios fructus extra suam possessionem sine licentia dicti Notarii pro vice qualibet X solidos denariorum solvere teneatur.

De poena damnum dantis in arboribus vel vineis frondes faciendo. R.o 41.

Statuimus et ordinamus quod quicumque damnum dederit in arboribus alicujus faciendo frondes solvat pro vice qualibet X solidos denariorum et idem modus servetur contra facientes frondes in vinea alicujus postquam fuerit vendemiatum: et si ante fecerit quam fuerit vendemiatum XX solidos denariorum solvere teneatur: et cuilibet sit licitum accusare et denuntiare, et habeat tertiam partem banni: et damnum domino vineae emendet in duplum.

De poena facientis frondes in suo vel alieno surco R.o 42.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat facere frondes de surco alieno ad poenam X solidorum denariorum pro qualibet contrafaciente et qualibet vice: et stetur sacramento accusatoris

usque in quantitatem superius declaratam pro communi: et de emendatione damni usque in quantitatem quinquaginta solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente, et de suo non possit facere nec etiam apportare nisi cum licentia Notarii damnorum datorum: et dummodo quod juret quod sit de suo turno proprio antequam licentia concedatur.

De poena portantis palos vineæ N.o 43.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona possit apportare ad terram Trevii palos vel forcutsas vineæ sine licentia dicti Notarii ad poenam X solidorum denariorum, et si quis dederit damnum in dictis palis vel forcutis solvat poenam prædictam: et idem intelligatur si damnum dederit in saramentis: et damnum patienti emendat.

De poena projicientis lapides in possessionem alicujus. N.o 44.

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel præsumat projicere vel ponere lapides in possessione alicujus poena XL solidorum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, et nihilominus lapides projectos elevare teneatur infra terminum assignandum per Potestatem vel judicem ad petitionem patientis ad poenam centum solidorum denariorum, et credatur sacramento accusatoris, et Notarius damnorum datorum teneatur hoc capitulum facere observari poena X librarum denariorum de suo salario tempore sui sindicatus per dicto communi retinendorum.

De poena falciantium in montibus custarum N.o 45.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel præsumat falciare cum falce fenaria in montibus hominum

balie instarum usque ad Kalendas augusti ad penam centum so-
lidorum denariorum pro qualibet vice Comuni Trevii appli-
candorum. Et quilibet contrafacientes possit accusare et habeat
tertiam partem banni; liceat tamen a dictis Kalendis in antea
cuilibet de dicta balia de valle sanum faliare, forensibus au-
tem extra dictam baliam non liceat aliquo tempore.

De pena damnum dantis in pascuis Comunis N.o 46.

Statuimus et ordinamus quod pascua Comunis Trevii lacus putidi et
canalis et montis lapidis per speciales personas aliquando oc-
cupantur et damnum inferunt in eis Potestas et Iudex
teneantur et debeant ad petitionem cuiuscumque tenentis co-
gere illos vel illum qui laboraret vel damnum daret in
dictis pascuis ad mensurandum bladum stans in dictis pa-
scuis quastum, et ad solvendum damnum datum prout per
dictum talem ementem facta fuerit estimatio usque in
quantitatem XX solidos denariorum pro qualibet in eo et
persona que ibi damnum daret cum bestiis vel sine. Qui do-
minus Potestas teneatur predicta executioni mandare
et exigere ad petitionem ementis dicta pascua de facto
sine strepitu et figura iudicii, ad penam XXV librarum dena-
riorum des pro salario Comunis Trevii applicandorum. Et si
quis ementibus impediret pacifice possidere in centum li-
bris denariorum Comunis Trevii condemnetur per Potestatem
qui pro tempore fuerit, et credatur sacramento accusato-
ris, cum uno teste de visu.

De pena accipientis fenum vel paleam de pa-
leari. N.o 47.

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat ac-
cipere paleam vel fenum de paleari vel cappanna alicuius
sine licentia domini dicti palearis domus vel cappanne, et si

qui contrafecerit si de die XL solidos denariorum camerario co-
munis Trevii solvere teneatur. si vero de nocte X libras denario-
rum des facto dicto camerario sine aliqua diminutione solve-
re teneatur pro qualibet contrafaciente et qualibet vice: et
damnum patienti emendet in duplum, et credatur sacra-
mento accusatoris cum uno teste de visu.

De pena aucupantis cum bucino R.o 48.

Statuimus et ordinamus quod nullus forensis audeat vel pre-
sumat aucupare sive uccellare in Districtu Trevii cum
rete nec cum bucino nec piscari in districtu Trevii ad
penam X solidorum denariorum pro qualibet vice: et qui-
libet possit accipere rete cum quo aucuparetur vel pi-
scaretur sine pena, nec aliquis qui non fuerit supposi-
tus jurisdictioni Comunis Trevii.

De pena capientis columbos. R.o 49.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel
presumat capere vel capi facere aliquem columbum seu
columbam domesticam seu terraiolam in aliquibus possessio-
nibus vel locis ad aliquod ingenium seu rete in terra
Trevii seu ejus districtu nec etiam aliquem seu aliquam
interficere vel contra aliquam balistare: et qui contrafe-
cerit in centum solidis denariorum pro qualibet contra-
faciente et qualibet columbo seu columba que caperetur
seu ut premictitur interficeretur vel contra ea bali-
staretur Comuni Trevii condemnetur. et cuilibet liceat
contrafacientem denuntiare et accusare, et habeat quar-
tam partem pene et credatur in predictis et qualibet
predictorum accusatori seu denuntiatori cum juramento
et uno teste de visu vel tribus de publica fama.

De pena retinentis canem dissolutum. R.o 50.

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel presumat retinere nec retineri facere aliquem canem dissolutum sive uncino a festo Sanctæ Mariæ de mense Augusti usque ad XV diei mensis Octobris: et contrafacientes cuilibet sit licitum accusare et denuntiare, et habeat tertiam partem banni, dummodo nomen accusatoris teneatur in credentia. Et si dictus canis damnum dederit in causa alicujus in predicto tempus, solvat dominus canis pro vice qualibet XL solidos denariorum Camerario Comunis Trevii de facto et damnum patienti emendet in duplum: et credatur sacramento accusatoris de omnibus contentis in dicto capitulo cum una teste de visu: si de die, si de nocte credatur suo sacramento, et omnes penæ contentæ in dicto capitulo de nocte duplicentur.

De arbore prestante impedimentum elevando. N.o 51.

Statuimus et ordinamus quod si aliqua arbor prestaret impedimentum aliquod in aliqua via publica transeuntibus per eam equester vel pedester aut in aliqua domo teneatur dominus arboris ipsam incidere ad petitionem cujuscumque petentis ad penam XX solidorum denariorum et quod si dominus arboris recusaverit incidere arborem secundum formam traditam in dicto capitulo vel tardaverit: quod facta prima denuntiatione, ille qui petet incidere et tagliare possit a requisitione in antea sua auctoritate sine pena et banno.

De pena incidentis arborem domesticam. N.o 52.

Statuimus et ordinamus quod si quis inciserit vel tagliaverit aliquam arborem domesticam alienam solvat nomine penæ centum solidos denariorum: et si quis ta-

gliaverit alias arbores alicui solvat nomine poenae XL solidos denariorum. Si vero inciderit ramum arboris domesticae solvat solidos X pro quolibet ramo. Si vero inciderit ramum ipsarum aliarum arborum praedictarum solvat solidos quinque pro quolibet ramo praeterquam in arboribus in ipsis existentibus silvestribus: et damnum semper in duplum emendare ~~[illegible]~~ patienti teneatur.

De poena damnum dantis in silva vel sepali. R.o 53.

Statuimus et ordinamus quod si quis damnum dederit in silva vel sepali alicujus incidendo in ipsis si dedit fuerit in XX solidis denariorum Comuni Trevisii condemnetur; et si quis damnum dederit in silva tagliata vel sepali solvat duplum poenae contentae in dicto capitulo et damnum patienti in quolibet casu dicti capituli debeat emendare.

De damno dato per familiarem Potestatis. R.o 54.

Statuimus et ordinamus quod si aliquis Officialis vel famulus domini Potestatis vel Notarii reformationum terrae Trevisii qui nunc sunt et pro tempore erunt dederit damnum in vinea vel orto alicui Trevisani vel in aliis fructibus alicujus de Trevisio solvat quatruplum dictae poenae qui solvunt alii Trevisani. Et de praedictis cuilibet sit licitum accusare et stetur et credatur sacramento accusatoris, et quod sindicus qui eos sindicabit debeat de praedictis inquirere et ipsos vel aliquem ipsorum repertos culpabiles punire et condemnare sub poena praestiti juramenti et XXV librarum denariorum Comuni Trevisii applicandorum, et damnum patienti emendet in

quatruplum.

De pena damnum dantis in silva incisa cum bestiis N.o 55.

Statuimus et ordinamus quod quicumque damnum dederit in silva alicujus specialis personae cum bestiis infra unum annum postquam fuerit incisa, solvat pro qualibet bestia grossa X solidos denariorum, et pro qualibet bestia minuta V solidos denariorum.

De pena damnum dantis cum pecudibus et castratis. N.o 56.

Statuimus et ordinamus quod quicumque damnum dederit cum pecudibus vel castratis in bonis alicujus solvat de facto pro qualibet macta dictorum animalium quinque solidos denariorum et macta dictarum bestiarum intelligatur de quinque pecudibus vel castratis. ab inde supra solvat pro qualibet dictarum bestiarum XII denarios, et quilibet possit damnum dantes cum dictis bestiis denuntiare et accusare, et de praedictis stetur sacramento accusatoris.

De pena damnum dantis cum pullis. N.o 57.

Statuimus et ordinamus quod si macta pullorum vel gallinarum alicujus damnum dederit alicui in vinea dum erunt uvae in orto dum erunt olera vel in crovo dum erunt flores vel in blado alicujus solvat dominus vel domina pullorum pro vice qualibet quinque solidos denariorum et stetur sacramento accusatoris. et si damnum erit a tribus solidis supra ponatur pro parte accusatoris unus homo et unus pro parte accusati, qui jurent dictum damnum extimare bona fide et sine fraude, et secundum extimationem eorum

dictum damnum patienti emendet.

De poena euntis per possessionem alterius cum bestiis N.o 58.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat ire per possessionem alicuius nec semitam facere sive ire per eam, nec bestias aliquas ducere sine licentia domini terre. Et qui contrafecerit pro qualibet vice in XX solidis denariorum condemnetur per Notarium damnorum datorum qui pro tempore fuerit summarie. Qui Notarius teneatur et debeat predicta executioni mandare sub poena X librarum denariorum de suo salario Communi Trevii applicandorum, et quilibet possit delinquentes accusare, salvo quoniam per aliam viam transire non possit vel ire. Qui tamen ad poenam non teneatur.

De poena approvantis bestias N.o 59.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel presumat aliquam bestiam approvare per foveam alicuius in districtu Trevii a Kalendis Martii inantea usque ad Kalendas Julii nisi per suas proprias foveas tantum, et qui contrafecerit in quinque solidis denariorum condemnetur pro vice qualibet, et cuilibet sit licitum accusare, et habeat tertiam partem banni et teneatur in credentia, liceat tamen cuilibet approvare bestias per foveam quam habet communem cum aliquo dummodo damnum non faciat illi qui foveam haberet communem cum ipso ad poenam in statuto contentam.

De poena ponentis Mandriam in districtu Trevii N.o 60.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat vel pre-
sumat de Trevio vel ejus Districtu retinere nec retineri
facere aliquam mandriam Castratorum bestiarum bovi-
narum porcorum sive porcarum ultra unum diem ad
pasculandum: et qui contrafecerit in predictis in tribus
libris denariorum Communi Trevii condemnetur: et qui-
libet possit ipsum denuntiare et accusare et habeat
medietatem dicte pene. Mandria autem intelli-
gatur a decem bestiis supra. Et hoc locum non ha-
beat in bestiis macellandis in terra Trevii dummo-
do quod dicti Macellarii Trebani et quilibet ipso-
rum teneantur et debeant facere scribi in libro
Communis Trevii per Notarium reformationum dicte
terre ipsas bestias, macellandas ~~eas~~ et quantitatem ipsa-
rum. Et si dicte bestie invenirentur et non essent
scripte ut dictum est dicti Macellarii eas retinentes
ad pasculandum subjaceant ipsi pene et ipsorum
quilibet. Quod capitulum quolibet mense Potestas di-
cte terre faciat banniri.

De pena retinentis bestias forensium ad pa-
sculandum ultra duos dies. R.o 61.

Statuimus et ordinamus quod nullus forensis vel Treba-
nus vel alia persona pro ipso forense audeat vel pre-
sumat retinere vel retineri facere aliquam bestiam
cujuscumque generis sit in Districtu Trevii a duobus
diebus supra nec ipsas bestias pasculare, et qui contra-
fecerit in X libris denariorum Communi Trevii con-
demnetur: et quilibet possit delinquentes accusare, et
habeat ~~quartam~~ tertiam partem banni.

De pena retinentis capras infra Senaitas. R.o 62.

Statuimus et ordinamus quod nemo possit retinere nec
retineri facere capras aliquas neque ircos nec cum eis
pasculari infra contratas infrascriptas, videlicet de
fonte Sodii infra et a Domo filiorum Domini Franci-
sci, et a Domo filiorum Baptizatti, et a Domo filio-
rum Franciscolicti infra, nisi occasione infirmita-
tis vel lactandi pueros cum licentiam Potestatis
suprascripti primo habita fide secundum formam
Statutorum Communis Trevii. Et dicti tales quibus
dicta licentia fuerit concessa dictam capram reti-
nere, non possint retinere nisi ligatam, et quicum-
que contrafecerit in praedictis vel aliquo praedicto-
rum puniatur pro vice qualibet in XX solidis Denario-
rum: et quicumque damnum dederit cum dictis capris pu-
niatur in dicta poena, et quilibet possit eas accusare
et credatur sacramento accusatoris.

De poena retinentium capras vel ircos, R.o 65.

Statuimus et ordinamus quod omnes de balia Castro-
rum possint et eis liceat retinere bestias caprinas ab
infrascriptis contratis supra: videlicet a Domo filiorum
Domini Francisci a ponte Sodii a fonte Massone, et
a via qua iter ad Ecclesiam Sancti Silvestri a fonte
Vannerini: et a possessione heredum Petroni Massan-
ii: ab inde vero infra non sub poena XL. solidorum De-
nariorum pro qualibet bestia caprina et vice qualibet.
Et si quis damnum dederit cum dictis bestiis in bo-
nis alicujus a suprascriptis contratis infra solvat pro
qualibet bestia et qualibet vice quinque solidos Dena-
riorum. Liceat tamen unicuique a dictis locis infra
retinere unam capram ligatam causa lactandi pueros

vel occasione infirmitatis habita primo licentia a Notario damnorum datorum, qui retinens debeat jurare quod dictam capram vult retinere dictis de causis vel aliqua ipsarum. et quilibet contrafacientes possit accusare et habeat tertiam partem banni, et credatur sacramento accusatoris cum uno teste de visu, et nomen accusatoris teneatur secretum.

De poena non custodientis bestias caprinas. R.o 64.

Statuimus et ordinamus quod nemo audeat vel praesumat mittere ad pasculandum vel in pascuis retinere sine custode aliquam bestiam caprinam nec mulengam poena X. librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet bestia et qualibet vice. Et nulli de Trevio vel ejus districtu liceat dictas bestias caprinas vel mulengas alicujus forensis custodire in districtu Trevii ad dictam poenam, nisi ipsas haberet ad socitam vel ipsas bestias emisset a dictis forensibus a quibus habuisse ad socitam: dummodo quod prius debeat coram Potestate et Prioribus dictae terrae Trevii jurare quod in dicta venditione emptione vel soccito nulla sit fictio vel simulatio et qui contrafecerit puniatur simili poena, et Notarius damnorum datorum qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur vinculo juramenti et poena X librarum denariorum de suo salario quolibet mense bis inquisitionem facere de praedictis: et quilibet possit accusare et denuntiare contrafacientes, et quod nullus possit aliquod invertum de nocte mittere per caspila, ad quod similiter quilibet admittatur ad accusandum et ad probandum praedicta sufficiat unus testis vel dictum

duorum testium de fama vel saltem de fama publica quivoque testium bone fame, que habeatur pro legitima et plena probatione.

De pena accusantis bestias non habentium sed R.o 65.

Statuimus et ordinamus quod si aliquis de Treviis vel ejus Districtu fuerit denuntiatus vel accusatus de aliquo damno dato cum bestiis et tempore damni dati inventum fuerit non habere talis accusatio non valeat nec teneat ipso jure: et accusatus possit probare per unum testem ydoneum sive vicinum se bestias non habuisse de quibus accusatus est. Et similiter hoc locum habeat in qualdariis et in aliis accusatoribus, quibus probatis accusator pro accusato solvere penam teneatur: et qualdarius a suo officio sit privatus: et in illo casu admictatur intentio negativa.

De pena Notificantis Notarium. R.o 66.

Statuimus et ordinamus quod si quis quando dictus Notarius vel ejus familia irat pro suo officio exercendo notificaret, in quinque solidis denariorum pro vice qualibet et qualibet contrafaciente de facto solvere teneatur.

Quod beccariis liceat retinere capras, et de pena damnum dantis cum capris. R.o 67.

Statuimus et ordinamus quod beccariis sit licitum retinere capras et ircos occidendo a festo sancte Marie de Augusto usque ad medium mensem decembris. Et si quis cum dictis capris sive ircis damnum alicui dederit solvat pro qualibet capra et quolibet irco et vice qualibet XL solidos denariorum, et

(predatur sacramento accusatoris cui damnum datum erit.)

Quod liceat cuilibet ducere bestias inventas in possessione ipsius. R.o 68.

Statuimus et ordinamus quod cuilibet sit licitum ducere et capere bestias quas invenerit in possessione sua Patris vel domini damnum dantes vel in possessione quam ipse laboraret: dummodo quod dictas bestias assignet Notario damnorum datorum Communis Trevii eo die qua capiet sine poena et banno.

Quod Pater teneatur pro filio et dominus pro famulo. R.o 69.

Statuimus et ordinamus quod quicumque damnum dederit et inventus fuerit personaliter damnum dare solvat poenam in statutis et ordinamentis Communis Trevii contentam, et teneatur pater et mater pro filio avus vel avia pro nepote, et dominus pro famulo.

De accusis factis per filium familias vel laboratorem in damnis datis. R.o 70.

Statuimus et ordinamus quod omnes et singule accuse et denuntie facte et date per aliquem filium familias sive per aliquem famulum alicujus domini vel laboratorem terre de damno dato in bonis patris sive domini cujus famulus vel laborator esset quod pater accusantis et dominus famuli vel laboratoris qui accusaverit aliquem de aliquo damno dato in dictis bonis et possessionibus cum bestiis vel sine possit ipsas accusationes et denuntiationes retrahere et retrahi facere infra secundam diem post citationem illorum qui fuerint accusati vel denuntiati: dummodo quod dicti accusatores et de-

nuntiatores morentur et stent una cum patre pro
sive domino ut supra est expressum.

In quantum credatur accusatori cum jura-
mento. R.º 71.

Statuimus et ordinamus ac statuendo addimus dicto
precedenti statuto quod quilibet dominus sive pos-
sessor alicujus petie terre, et quilibet nominato-
rum in dicto precedenti statuto possit sive pos-
sint accusare et denuntiare in damnis datis perso-
naliter vel cum bestiis et credatur cum juramento
ipsi accusatori et denuntiatori de pena usque in
solidis XX ~~denariis~~ tam de pena quam de damno.
Ab inde vero supra cum uno teste in omnem quan-
titatem.

Quod Notarius possit punire de similibus
ad similia R.º 72.

Statuimus et ordinamus quod de omni eo quod statu-
ta et ordinamenta vel reformationes non loquerentur
dictus Notarius possit punire de similibus ad simi-
lia, et illud et simile quod dicto Notario vide-
bitur convenire.

Quod Notarius damnorum datorum de-
beat interesse laboritus R.º 73.

Statuimus et ordinamus quod dictus Notarius vel
ipsius familia teneatur interesse personaliter
laboritus tota die dum laborantur pena X solido-
rum denariorum de suo salario inferendorum, nec
non predicta pena ad petitionem cujuslibet pe-
tentis. Et dictus Notarius possit punire delin-
quentes de facto in quinque solidis denariorum

pro quolibet ipsorum.

Quod Notarius damnorum datorum sit super-stes operum. N.o 74.

Statuimus et ordinamus quod Notarius damnorum datorum Comunis Trevii sit et esse debeat super-stes omnium operum dicti Comunis et debeat et teneatur dicta opera fieri facere prout in Sta-tuto dicti Comunis plenius continetur poena decem librarum denariorum de suo salario.

Quod Notarius damnorum datorum possit imponere poenam. N.o 75.

Statuimus et ordinamus quod Notarius damnorum dato-rum Comunis Trevii possit imponere poenam XX solido-rum denariorum et ipsam poenam de facto exigere a spernentibus mandatum ipsius: et ad instantiam ipsius Notarii potestas et sui Officiales qui pro tempore fuerint contra tales spernentes inquisitionem facere teneantur ac etiam condemnare. Ita quod lecta ipsa condemnatio-ne metu poenae alius transeat in exemplum: et ipsum Statutum Potestas et sui Officiales teneantur vinculo juramenti observare et facere observari poena X libra-rum denariorum pro qualibet vice et quolibet man-do ad terrorem facere bannire per terram Trevii ut homines sint solliciti ad obediendum.

Quod Notarius non faciat aliquod depositum N.o 76.

Statuimus et ordinamus quod dictus Notarius vel Famulus ejus non faciat fieri depositum penes ali-quem Baiulum de pecunia quam aliquis solvere teneretur pro aliquo damno dato poena X librarum

librarum denariorum de suo salario dicti Comuni ap-
plicandorum.

Quod pignus assignetur Camerario. R.° 77.

Statuimus et ordinamus quod dictus Notarius teneatur
et debeat pignora accepta per eum vel ad ipsius pe-
titionem hominibus et personis qui debent aliquid da-
re assignare infra tertiam diem post acceptionem
vel acceptationem ipsorum pignorum Camerario
dicti Comunis poena X solidorum denariorum pro quo-
libet pignore de suo salario Comuni Trevii applican-
dorum.

De auxilio dando Superstitibus R.° 78.

Statuimus et ordinamus quod Potestas et quilibet alius
Officialis Comunis Trevii qui pro tempore erit tenea-
tur et debeat dare et praestare auxilium consilium
et favorem in omnibus et singulis laboritiis Comunis
Trevii Bazariis et contratis ad ipsa opera facienda Su-
perstitibus eorumdem, et ad faciendum dari poenam
banni Superstitibus secundum formam Statutorum dicti
Comunis.

Quod quilibet habens possessiones a strata
infra teneatur ponere foveam. R.° 79.

Statuimus et ordinamus quod omnes homines de Tre-
vio et ejus districtu tenentes et laborantes possessio-
nes a strata de pede Trevii inferius teneantur et
debeant laborare terras ipsorum poena XX solidorum
denariorum pro qualibet: et in qualibet sua ~~pos~~ posses-
sione unam foveam facere mitti et cavari ac ma-
nutenere ipsam ita quod bene et congrue possint ac-
re deviare et sciacquare aquas de dicta fovea.

— Mancano le Rubriche 80 e 81 —

In Dei nomine amen. Anno Domini millesimo ccccLXXXXV. Indictione XIII. tempore sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostri Domini Alexandri divina providentia Papę sexti die XV. mensis Martii

Publico et generali Consilio Magnificorum dominorum
XVIII majoris extimationis et generalis consilii ~~comunis~~ et hominum
populi terre Trevii ad sonum campane magne vocemque
preconum dicti Communis de commissione et mandato eximii
viri doctoris domini Guglielmi de Octa de Senis honorabilis
potestatis dicte terre ejusque comitatus et districtus, de consensu et
voluntate et mandato Magnificorum dominorum Priorum
Joannis Procacti et Joannis Expectantii et Jacobi Marini Communis
et populi dicte terre Trevii in sala magna palatii residentie
Prefatorum dominorum Priorum in valido et sufficienti nu-
mero more solito secundum formam Statutorum ~~dicti~~
dicti Communis convocato, cohadunato et congregato. In quo quidem Con-
silio Ego Christoforus scriba de mandato Prefatorum domi-
norum Potestatis et Priorum et antepositorum proposui in-
frascriptam propositam obmisso numero nullis aliis Propo-
sitis.

R. 49.

De approbatione, confirmatione, omologatione ac publica-
tione predictorum Statutorum de numero rescriptorum pla-
ceat vobis stantiare reformare ad sanum consilium
reddi super omnibus premissis.

Integer ac modestus vir Bartholomeus Ser Jacobi unus ex
Consultoribus in dicto Concilio existens surgens et ad solitam

arrengheriam proficiscens, ubi stans ac divino auxilio implorato cum signo Sancte Crucis, dicendo et arengando consuluit super dicta proposita dictorum Statutorum confirmationem, exempli gratia omnibus superdictis Statutis cum reformationibus ut supra descriptis adhibeatur bona plena et indubitata fides, pro ut veteribus Statutis, a quibus exorta sunt, et ita auctoritate presentis Consilii pro approbata autentica, et emolagata esse intelligantur, et juris valitudinem et roboris firmitatem obtineant non recedendo a confirmatione predicta veteris Statuti: dando et concedendo licentiam mihi Cancellario et Notario, ut predicta in publicam formam extraherem omni meliori modo.
In reformatione cujus quidem consilii redditi per supradictum Bartholomeum Consultorem de confirmatione dictorum Statutorum, facto et misso diligenti partito ad moris et de mandato prefatorum dominorum Potestatis et Priorum datis et recollectis fabis ac diligenter numeratis placuit dictum Consilium redditum per dictum Consultorem septuaginta octo Consiliariis dicti Consilii residentibus eorum palluctis et fabis in bussula alba del sic, non obstantibus octo fabis in bussula nigra del non in contrarium repertis: et ita optentum victum et reformatum extitit auctoritate presentis Consilii.
Et ego Cristophorus de Fulignotis, de Castroritaldo publicus imperiali auctoritate Notarius, et Judex ordinarius, et nunc

Scriba, et Notarius reformationum Communis et populi dicte terre Trevii pro Sancta Romana Ecclesia et pro predictis omnibus confirmationi, approbationi, et emologationi, et reformatiis, ut premittitur presens fui: eaque rogatus scribere scripsi et publicavi: et in fidem omnium premissorum signum cum nomine meo consuetum apposui

Signum mei Christophori et Notarii predicti

R.a 50

In Dei nomine ~~Amen~~ Amen MCCCCLXXXXVI, Indictione XIV tempore Sanctissimi in Christo Patris domini nostri domini Alexandri divina providentia Pape Sexti et die vero XIX mensis Junii.

Convocato et cohadunato publico et generali consilio Communis et hominum terre Trevii, ~~et~~ ex magnificorum XVIII: majoris extimationis et generalis, in valido sufficienti numero ut moris est in terra Trevii ad sonum campane vocemque Preconis dicti Communis de mandato eximii viri doctoris domini Sperandei domini Ciancarinis de Cuderto honorabilis Potestatis terre Trevii et magnificorum dominorum Priorum, et Antepositorum dicte terre Ser Thome Gabriellis Bartholomei Cause et Berardinis Felli magnificorum dominorum priorum, et antepositorum terre predicte, in sala magna palatii dicti Communis

409

de potentia prefatorum dominorum Priorum more solito. In quo quidem Concilio ego Cristophorus Communis infrascriptus de mandato prefatorum dominorum Potestatis et Priorum proposui, et proponendo dixi. Quid videtur ac placet dicto Concilio, et Consiliarijs ejusdem providere statuere et reformare super infrascripta proposita.

Super bono, publico et evidenti utilitate Communis Trevii ad hoc ut unusquisque ingerere et in particulares dicere, et arrengare ac consiliare possit.

Magnificus ac generosus vir equestris et nobilis doctor dominus Nicolaus Lelius unus ex Consultoribus in dicto Concilio existens stans ad solitam arrengariam, ubi divino auxilio invocato dicendo consuluit. Super dicta proposita de evidenti utilitate quod omnia que venduntur et vendent in terra Trevii, et suo Territorio, scilicet de leguminibus millio panico, cerasis et amarenis, et hijs similibus, debeatur vendi ad mensuram adjustatam et equatam et sigillatam remittendo mensuram priores et duos viros per singulos Terterios eligendos per dictos dominos Priores et ~~[illegible]~~ quod factum fuit per eosdem valeat et teneat ipso jure, tamquam factum esset, per totum restum Trevii.

Super quo dicto reddito per supradictum dominum Nicolaum Lelium Consultorem predictum. Facto solemnis partito et more et servatis servandis fuit victum ——— et obtentum per quinquaginta duos ~~[illegible]~~ Consultores del sic restituentes

eorum fabas in bussula alba del sic, non obstantibus viginti sex in contrarium restituentes in bussula nigra del non.

XXVI Junii MCCCCXCVI.

Supradicti domini Priores restantes insimul congregati in palatio solite Comunis residentie volentes devenire ad electionem hominum vigore remissionis ~~[illegible]~~ mensurarum per consilium generale ~~[illegible]~~ predictum ~~dominum~~ dictis mensuris ad sudellam equitandis habito inter eos maturo colloquio unanimiter elegerunt infrascriptos viros videlicet

Liberius Anthonius
Antonius Cautte } ~~Antonius Cautte~~ Cersarie Castri ~~dominum~~

dominus Antonius domini Vari Lore bus
Per Franciscus domini Franceschini } Cersarie Matidie

Joannes (Joannis) Angeli
Ser Joannes Angelinus } Cersarie Plani

qui unanimiter sic electi una cum prefatis dictis Prioribus volentes exequi, quod iis remissum per Consilium generale de mensuris predictis unanimiter et concorditer nemine eorum discrepante statuerunt, ordinaverunt, et resolverunt: quod mensuram parvam videlicet sudella cum qua mensurantur faxioli, ~~ciceres~~ ciceres ac alia legumina: ac etiam millium, panicum, cerattas, et amarena sive visciole que sudella equaretur et admittetur eo modo et forma pro ut est mensura Fulginatensis ~~[illegible]~~ quantitur Fulginij cumarmis dicte Civitatis.

Item statuerunt et reformaverunt quod omnes et singule per-
ne vendere volentes in futurum in terra Trevi predictas res
debeant habere Sudellam equatam et sigillatam sigillo Co-
munis Trevi magnitudinis prout illa dicta Fulginio, cum
qua debeant vendere et mensurare: et de quocumque genere le-
guminis debeant dare et vendere cuilibet petenti Sudellas
tres pro pretio unius Boli. Item teneantur dare cuilibet
petenti cerasa, amarena, et his similia unam Sudellam pro
pretio pro qualibet Sudella denarios sex et non plus. et per
alios vel aliqua persona vendens contra predicta vel aliquod
predictorum contrafacientes incidat in poenam decem
solidos denarios, pro qualibet vice et qualibet contrafaciente, de
qua poena medietas sit Comunis Trevi, et reliquum Officiali
exequenti: et ita reformatum et ordinatum ut supra.
Et Ego Christophorus Feliguolus de Castrio Ritaldo publicus
imperiali auctoritate Notarius, et Judex ordinarius, et nunc
scriba, et Notarius reformationum Comunis et Populi dicte
terre, predictis omnibus et singulis dum sic agerentur interfui
Et prout fui interrogatus
scribere, scripsi, et publicavi, et in fidem premissorum si-
gnum cum nomine meo consuetum apposui.

Signum mei Christophori Notarii predicti.

Visa indicta reformatione et contentis ~~in ea~~ mentura forense, eadem justa et honesta confirmamus et approbamus, sigillumque Reverendissimi domini Ipsidem predicte confirmationi apponi statuimus. Habemus rata omnia in eadem reformatione contenta in omnibus et per omnia.

Joannes Baptista Card. Firmitenus manu propria.

Datum in Monasterio Sancte Marie in Campis de Fulgino primo Julii MCCCCXCVI.

Baptista Orsolinus secretarius indignus Reverendissimi domini Gabrielli Cardinalis Gueriensis.

eorum fabas in bussula alba de l'Sic, non obstantibus viginti sex in contrarium restituentes in bussula Nigra de l'non

Nel Glossario del Du-Cange alla parola Moneta sembra che ogni danarios solidos possa equivalere a baj: 4. della nostra Moneta Romana